an teneatur hoc interdicto? Respon. si eam non habeo pro derelicto, teneor. si autem habeam pro derelicto: non teneor, nisi prohiberem eum qui vult inde remouere arborem. [IDEM LABEO.] Vicinus meus viam corruptit ex opere quod fecit. licet illud opus mihi proficit: non teneor hoc interdicto, sed ipse. si autẽ mea & sua voluntate fecimus fieri: tunc vterque nostrum hoc interdicto tenebitur. Secundo dicit: hoc interdicto tenetur qui fecit opus in publica via: siue adhuc illud opus possideat, siue dolo desit possidere. Tertio exponit verbum restitutus. & restituere debet viam in pristinum statum: siue remouendo quod posuerat: siue adiiciendo quod detraxerat. & si ille qui fecit opus, illud possideat: tenetur suis impensis restituere. si autem alius possidet: tunc tenetur possidens tantum patientiam præstare. Quarto dicit: hoc interdictum est perpetuum, & datur quanti actoris interest. [PRÆTOR AIT.] Nunc ponit aliud edictum, quo cauetur ne vis fiat quo minus quis via publica vel itinere publico utatur. Franciscus.

f Veto. hoc prohibitorium, sed sequens. §. s. prætor ait. restitutorium est: & protenditur hic tractatus vsque illuc.

g Competit. scilicet seruit. iure: vt & supra si seru. vindi. l. loci in principio.

h Finibus. scilicet octo pedum in porrectum. xvj. in anfractu ad instar priuatae: vt. §. de seruit. rusti. prædio. l. viae latitudo. licet & illa de publica & priuata possit intelligi.

i Habuit. vt princeps, vel senatus: vt. §. de flumi. l. quo minus. & §. de na. resti. l. quæris. & §. de euic. l. Lucius. & arg. §. de aqua plur. arcen. l. quod principis. & etiam quælibet ciuitas: vt supra ead. l. §. j. Accursus.

k Quas Græci basilicas. nõ. quod prætorias, consulares, militaris, pro publica via ponuntur: vt hic, & §. tit. j. l. §. sed inter.

l Agrarias. quia ab agro debentur.

m Quæ in vicis. prædiorum in rure, non in vrbe: vt. §. proximi. §. Accur.

n Constitutum est. ab initio de nouo.

o Nam. verba superioris edicti. Azo.

p Priuata est. s. per hoc. sed ita demum, si collatione priuatorum sit facta ab initio de nouo. & fa. §. de itinere. actusque: priuato. l. iij. §. pe.

q Ducant. has. §. vocauit agrarias.

r Commeari. etiam non habentibus ibi prædia. forte curia publica etiam dicitur.

Vide de his viis i. ca. 1. & ibi Bald. i. col. versic. item via publica. in tit. quæ sunt re. pa. & Bar. Ce. po. in tit. de seru. r. tit. de via. c. 1. i. regias. aliàs easdem. i. communes. Vide in hunc locum Alcia. li. preter. 2. hoc ipso titulo. & Alex. ab Alexan. lib. 2. genia. dic. ca. 18.

cõmeare.

† i. diruere. Photius in Nomocanone.

a Post illam. consularum.

b Excipit. eundem. Accursius.

c Colonias. id est agriculturas.

d Publicas. si memoriam hominum excedant: etiam si priuatorum collatione reficiantur: vt supra titu. j. l. fina. in princip. ergo patet vicinalem quandoque habere naturam publicam: vt quando non collatione priuatorum. item & quando collatione priuatorum, sed non extat memoria: non tamen est publica: vt supra titu. j. l. fina. aliàs si extat, tunc habet naturam priuatam: vt patet ex prædictis: non tamen est prorsus priuata. Accursius.

e Ad vias rusticas. non dicas priuatas, sed rusticas, id est in rure constitutas. De viis autem vrbis superiori interdicto interdici posse mihi videtur: cum ad omnia loca publica pertinere videatur. Accursius.

f Harum. scilicet viarum vrbis.

g Exemptus. in totum: artata, in parte propter alicuius ædificium: ita quod iri non potest: & loquitur de via publica tantum, non de vrbana: sed in rure: & non est. §. si via & c. vel dic de qualibet. & fa. supra titu. j. l. j. & l. ij. & supra quemad. feruit. amit. l. si locus.

h Commeatus. expone vt. §. deteriorum.

i immitteret. siue superponendo, siue faciendo decurrere: cum infra domum sit: vt. §. proxi. §. & argu. §. si ser. vindi. l. sicui. §. Aristo. sed congregata debet purgare. vt & §. de cloa. in princip.

k Eum videri. scilicet constat.

l Si quis in suo. aliàs. §. idem. & aliàs si quis in sua.

m Collecta. ex prædiis puta aliorum, vel ex eo quod ibi pluit.

n Restagnat. id est redundat.

o Aquam. viam.

p Vtrumque. immittentem, & qui ita ædificat vt aqua ibi collecta restagnat: & hoc casu cum distinctione. nam si ideo ædificat, quia prius ibi aqua incommodum afferebat, non tenetur. si autem libere prius per viam currebat aqua, nec damno isti erat, tenetur. sic. §. ne quid in flu. pu. l. j. §. sunt qui. & §. de aqua plu. arcen. l. j. §. sed & apud Seruium. & l. in summa. §. j. sed M. faciebat vim vtrius contra antiquam formam ædificat, an non.

q Fundus. scilicet tuus.

r Tuum. necessitas enim te excusat ne videaris facere, vel ne videaris esse in culpa: vt & §. locati. l. in naue Saufeli. in fin. secundum Azo.

s Non sit. scilicet te recipere aquam ex vicini fundo.

t Eum enim. scilicet tantum: vt referatur hæc ratio ad illum casum quando necesse habet recipere aquam. ad quod est supra de aqua plu. arcen. l. si tertius. in princip. & de damno infe. l. qui bo-

de via consulari: & sic post illam excipit via vel iter vel actus ad villam ducens. Has ergo quæ post consularum excipiunt in villas vel in alias colonias ducentes, putem etiam ipsas publicas esse. Hoc interdictum tantum ad vias rusticas pertinet: ad vrbicas verò non. harum enim cura pertinet ad magistratus. Si via publice exemptus commeatus sit, vel via coartata: interueniunt magistratus. Si quis cloacam in viam publicam immitteret, & que ea re minus habilis via per cloacam fiat: teneri eum Labeo scribit. immisisse enim eum videri. Proinde & si fossam quis in fundo suo fecerit, vt ibi aqua collecta in viam decurrat: hoc interdicto tenebitur. immisissum enim habere etiam hunc videri.

Qui patitur quod necesse habet pati, quantum ad hoc interdictum excusatur: secus est si voluntate sua aliquid contra hoc interdictum molitur. exemplum habes in textu.

Idem Labeo scribit, si quis in suo ita ædificauerit, vt aqua in via collecta restagnat, non teneri eum interdicto: quia non immittat aquam, sed non recipit. Nerua autem melius scribit, vtrumque teneri. Planè si fundus viam publicam contingat, & ex eo aqua deriuata deterioriam viam faciat, quæ tamen aqua ex vicini fundo in tuum veniat: si quidem necesse habeas eam aquam recipere, interdictum locum habebit aduersus vicinum tuum. Si autem necesse non sit, non teneri vicinum tuum: te tamen teneri. eum enim videri factum habere, qui vsum eius aquæ habeat. Idem Nerua scribit, si tecum interdicto aga-

na. §. cum inter. & quod subiicit, vsum, id est seruitutem, secundum Azo. sed H. dicit referri ad proxi. dicens quod verba istius interdicti sunt intelligenda cum aliquis facit directo, vel immittit in viam publicam. vnde qui facit vel immittit alio mediante, non tenetur hoc interdicto. sed certe supra proxi. dicit contra.

nisi dicas eum sensisse de directo: sed scilicet dicit vtili eum teneri qui immittit alio mediante. sed prima placet. **u** Si tecum. qui non habes necesse recipere aquam. & sic ad proximum casum referatur. Accursius. **x** Experiariis. interdicto vti possid. vt supra si seruus vindi. l. sicuti. §. Aristo. Sed nunquid liberaris cedendo? Respons. sic, quia ideo teneris. quia habes actionem, secus si non haberes: vt superiori casu: & ideo liberaris cedendo: vt supra de pecu. l. quod debetur. **y** Experiariis. Quod esse non debet. **z** Idem ait si odore. aliàs si vicino solo. & aliàs si odore soli. Et dic odore, id est, fœtor terree etiam priuata, vt quia fecit ibi sulfuriam. **a** Locus. publicus. **b** Ad ea. scilicet animalia. contra eum ergo agitur qui ea ducit ibi pascendo: vt porcos qui terram fodiunt. **c** Deinde. non nouum edictum ponit: sed verba superioris exponit. **d** Siue postea. sic supra de pact. iurisgen. §. siue autem. **e** In presentiarum. id est in presenti. **f** Specus. hoc expone vt supra de riuis. l. j. §. specus. **g** Teneri. not. non licere facere pontem supra viam publicam. & facit supra de ser. l. fina. & infra de flumi. l. fina. Sed argu. contra supra communia prædio. l. refectionis. sed ibi in via priuata dicit. Item facit infra de itinere actusque pri. l. iij. §. pe. & de riuis. l. fi. §. fin. **h** Hoc interdictum perpetuum. id est sempiternum, secundum vetera iura. vt instit. de perpe. ac. in princip. titu. vel dic vsque ad centum annos: vt. C. de sac. sanc. eccle. l. fina. sed hodie vsque ad triginta ann. vt. C. de præscri. triginta annorum. l. sicut. Sed contra. §. de popu. ac. l. fina. vbi dicitur quod omnis popularis est annualis. Solu. hoc speciale fauore publicæ utilitatis. argu. §. ead. l. §. interdictum. **i** Et popolare. sic. §. de operis no. nun. l. in prouinciali. §. si. secus in superiori interdicto: vt. §. ea. l. §. aduersus. **k** Quanti actoris. facit. §. quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto. Ad destructionem autem eius quod factum est, agitur ex inferiori interdicto proxi. §. prætor ait & c. & adde quod no. §. ea. l. §. hoc interdictum. al. est in l. proxi. si vicinus. **l** Prætor. ecce aliud interdictum. **m** Hoc interdicto. id est ista parte edicti restitutorij. Accursius.

tur: nihil vltra te facere cogendum, quàm vt arbitrato eius qui tecum experitur, cum vicino experiaris. Cæterum aliter obseruantibus futurum vt tenearis etiam si iam bona fide cum vicino egeris, neque per te stet quominus arbitrato actoris cum vicino experiaris. Idem ait, si odore soli locus pestilentiosus fiat: non esse abs re de ea re interdicto vti. Hoc interdictum etiam ad ea quæ pascuntur in via publica, itinere publico, & deteriorem faciant viam, locum habet. Deinde ait prætor: Quo ea via, idque iter deterius sit, fiat. hoc, siue statim deterior via sit, siue postea. ad hoc enim pertinent hæc verba, sit fiat. Etenim quædam sunt talia, vt statim facto suo noceant: quædam talia, vt in presentiarum quidem nihil noceant, in futurum autem nocere debeant. Deteriorem autem viam fieri sic accipiendum est, si vsum eius ad commeandum corrumpatur: hoc est, ad eundem vel agendum: vt cum plana fuerit, cliuosa fiat: vel ex molli aspera, aut angustior ex latiore, aut palustris ex sicca. Scio tractatum, an permittendum sit specus & pontem per viam publicam facere. Et plerique probant, interdicto eum teneri. non enim oportere eum deteriorem viam facere. Hoc interdictum perpetuum & popolare est: condemnatioque ex eo facienda est, quanti actoris inter sit.

Prætor ait: Quod in via publica itinere publico factum immisissum habes, quo ea via idque iter deterius sit, fiat, restituas. Hoc interdictum ex eadem causa proficiscitur, ex qua & superius: & tantum interest, quod hoc restitutorium, illud prohibitorium est. Hoc interdicto

h Hoc interdictum perpetuum. id est sempiternum, secundum vetera iura. vt instit. de perpe. ac. in princip. titu. vel dic vsque ad centum annos: vt. C. de sac. sanc. eccle. l. fina. sed hodie vsque ad triginta ann. vt. C. de præscri. triginta annorum. l. sicut. Sed contra. §. de popu. ac. l. fina. vbi dicitur quod omnis popularis est annualis. Solu. hoc speciale fauore publicæ utilitatis. argu. §. ead. l. §. interdictum.

i Et popolare. sic. §. de operis no. nun. l. in prouinciali. §. si. secus in superiori interdicto: vt. §. ea. l. §. aduersus.

k Quanti actoris. facit. §. quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto. Ad destructionem autem eius quod factum est, agitur ex inferiori interdicto proxi. §. prætor ait & c. & adde quod no. §. ea. l. §. hoc interdictum. al. est in l. proxi. si vicinus.

l Prætor. ecce aliud interdictum.

m Hoc interdicto. id est ista parte edicti restitutorij. Accursius.

a) Idem Labeo scribit.

a Non is tenetur. supple tantum. qui ergo facit, & factum habet: tenetur ad destruendum suis sumptibus. qui fecit, & factum non habet: tenetur ad impensam. qui habet, & non fecit, ad patientiam: vt hic, & .j. §. restituas. & .j. de flu. l. j. §. fin. & argu. j. quod vi aut clam. l. cōpetit. §. in summa. & .j. de aqua plu. arcen. l. is cum quo. & secundum hoc exponere hunc. §.

b Potest restituere. ad hoc tamen non tenetur, sed ad patientiam: vt dixi.

c Non teneri. etiam ad impensam.

d Competere. Etiam ad destruendum: non tantum ad impensam: cum non sit alius qui destruat. aliis secus: vt .j. §. restituas. & facit. §. de his qui deie. vel effu. l. si vero. §. postum. Accur.

e Restituat. §. de aqua plu. arcen. l. is cū quo.

f Acturum. si prohibere eum arbore tollere, & sic viā reficere: vt .j. de via pub. l. j. in prin. sed & hoc vtili: vt supra proxi. Accursius.

g Idem Labeo. aliis incipit lex, si vicinus. Acc.

h Vtile. facit. §. de inoffic. test. l. posthumus. §. si quis ex his. & de usufructu. si absente. & .j. quod vi aut clam. l. j. §. fin.

i Interdicto. directo. Accursius.

k Conueniri. aliis contineri.

l Parem. sic. j. de regu. iu. l. qui dolo. & l. parē. & .j. de rei vindi. l. fin. autem. §. sed & is. & .j. de damno infect. l. prætor. §. plane.

m Si ipse. aliis si ipse cū quo quis inter. & c. aliis, si ipse quod quis inter. & c.

n Debere. sic seruatur in actione aquæ plu. ar. vt. §. de aqua. plu. arc. l. emptor. & l. post venditionem. & l. is cum quo. & in ope. no. nun. vt. §. de ope. no. nun. l. pe. & fi. & quod vi aut clam. vt. j. quod vi aut clam. l. competit. §. in summa. & facit. §. ea. l. prout non est ibi. l. si vicinus. §. hoc interdicto. & de ali. iud. l. iij. §. j.

o Temporarium. contra. j. de popu. ac. l. si. sed hoc speciale est: vel hoc cum popularis non est ex maleficio, sed opere facto.

p Actoris. Quid si nihil vel parum interest: quia de alia contracta est: est enim populare, cum ex eadē causa est qua superius: vt §. eo. §. hoc edictum. Item an alius agat? & eadem possunt quæri §. §. hoc interdictum. Ad hoc respon. quod possit intelligi hic & ille. §. quando pro suo iure agit, non populari: vt arg. j. de popu. actio. l. j. vnde alius agat pro suo iure, & populari: & etiam ipse met pro suo iure populari: vt. j. de li. hom. exhi. l. iij. §. penult. nec dicimus agere ex eadem causa: vt infra de popu. acti. l. iij. Vel dicitur præteriti interesse hoc intellegitur: nihilominus ergo præcipitur destrui vel non fieri opus: arg. infra vti possidetis. l. si duo. §. fin. & secundum hoc non est populare prout ex causa sui fit condemnatio. Vel dic tertio inspicere interesse totius populi. nam ei competit vt toti populo. an autem per testes probetur interesse, dic vt infra quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc inter-

a) quia tunc diceretur. §. eo. l. proxima. §. hoc interdicto. vnde glo. idem Labeo. §. eo. §. idem Labeo.

dicto.

q Prætor ait. Ecce quartum interdictum: vt in rubrica, & facit. j. vt in flumi. publi. l. j. §. j.

Litora. J. C. A. S. V. S. Litora quæ tenet populus Romanus: eius sunt. Secundo dicit: communis est vsus maris, sicut æris: pilas autem quas iactat quis in mare, suæ adhuc durant: sed deicere non poterit si impeditur per hoc vsus maris. Item in litore maris potest quilibet ædificare, nisi vsus publicus ex hoc impediatur. Item si per publicum locum est riuus, & is nocere mihi potest: agam vt mihi caueatur de damno si quod contingeret. Postea dicit: qui hoc interdictum ne quid in loco publico fiat, intentare vult: potest hoc facere etiam per procuratorem. Vltimo dicit: qui in loco publico ædificat nullo prohibente: non tenetur destruere per hoc interdictum: tamen quia facit contra edictum, illud debet destrui iudicis officio: ne aliis illusoria sint edicta: quod esse non debet. & hoc dicit hæc. l. cum sequentibus vsque ad fin. titu. Fran. Accursius.

Et mihi videtur vera Labeonis sententia. Restituas, inquit. Restituere videtur, qui in pristinum statum reducit. quod sit, siue quis tollat id quod factum est, vel reponat quod sublatum est: & interdum suo sumptu. nam si ipse, quo qui interdixit, fecerit, vel iussu eius alius, aut ratum habitum sit quod fecit: ipse suis sumptibus debet restituere. si vero nihil horum interuenit, sed habet factum: tunc dicemus patientiam solam eum præstare debere. Interdictum hoc non esse temporarium, sciendum est. pertinet enim ad publicam utilitatem: condemnatioque ex eo facienda est, quæti actoris intersit tolli quod factum est. Prætor ait, Quo minus illi via publica, itinereve publico ire agere liceat, vim fieri veto.

III. CELSVS libro trigensimonono Digestorum.

Litora in quæ populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror. Maris communem vsus omnibus hominibus, vt æris: iactasque in id pilas, eius esse qui iecerit: sed id cōcedendum non esse, si deterior litoris marisve vsus esse eo modo futurus sit.

III. SCÆVO LA libro quinto Responsorum respondit.

In litore iure gentium ædificari licere: nisi vsus publicus impeditur.

V. PAVLVS libro sextodecimo ad Sabinum.

Si per publicum locum riuus aqueductus priuato nocebit: erit actio priuato ex lege duodecim tabularum, vt noxa domino caueat.

VI. IULIANVS libro quadragesimo tertio Digestorum.

Ei qui hoc interdicto experitur, ne quid in loco publico

Solu. vt ibi.

Si per publicum. Nocebit. id est nocere potest: vt supra de statu lib. l. Labeo. alioquin non cautione, sed actione esset opus. Azo.

De noxa. ab vniuersitate, si publice ducatur: alioquin a priuato. sed aliis est non. s. vt non domino. id est etiam non domino, cuius tamen interest, vt usufructuario, creditori, bonæ fidei possessori caueatur. dico ita, vt res per iudicem apud quem actio proponitur, disponatur ita, ne damnum possit pati. non autem dico quod cautio damni infecti petatur per actionem. sed si cautionem petere vellet, bene posset per offic. iudi. vt supra de ser. vrba. prædio. l. si fistulæ. & supra de dam. infect. l. fluminum. in prin. Sed quæ actio erit domino, vel non domino, ex lege. xij. tabu? Respon. in factum, vel conditio ex lege, quæ ex antiqua lege datur vbi non est alia actio: vt. §. de condic. ex lege. l. j. & hoc si non habes noxa. si autem habes noxa, scilicet pro noxa futura. Vel dic, id est damnum datum resarciatur. Sed qua actione? Respō. ante.

Vsu publico: licet quodam vsu barbaris non negando, modo hostes non sint, omnium hominum sint. l. quædam de rer. diui. §. quo pertinet iud. Treia. ni ora. oris. l. Aencid. Hospitio, p. hibemur a tenæ. impedire: tur.

Cautio dani infecti an petatur per actionem: an vero per officium iudicis

in Biriota laudabili vena tore. nostro charissimo vicino. Franc.
 nus eas non reparat ipse
 reparet ipse
 rint, eum sum-
 ptum in pen-
 sionem repu-
 tabunt. Pro-
 curat in sup-
 ne quid ante
 officinas
 propositum sit
 preterquam si
 fullo vesti-
 menta ab ex-
 coctione ad
 auram recreat,
 vel faber ro-
 tas exponat:
 ut tamen ita
 collocent ne
 impedimē-
 to sint ducē-
 do vehiculo.
 Sed neque
 rixari in iu-
 neribus, ne-
 que stercora
 proicere, ne-
 que mortici-
 na aut pelles
 iactare per-
 mittant.

- a *Aediles. no. bonam legem Græcam. Accursius.*
- b *Secundum ciuitates. vt per burgos. idem si in ipsa ciuitate.*
- c *Non labilia. id est non ruant.*
- d *Illabilia. id est non ruinosa.*
- e *Si autem. i. contra fa-
ctum fuerit.*
- f *Trochos. i. rotas, qui-
bus vehuntur ligna. &
idem in similibus.*

DE VIA PVBLI-
ca reficienda.

*Titulus iste non ad aliud
pertinet nisi quia qui viam
publice reficiebat, videba-
tur aliquid facere: sed hoc
facere non est prohibitum.
Dic ergo de via publica qua
liter reficitur & amitta-
tur. Præterea hic de urbana
& rustica, sed supra titu. 2.
tantum de rustica: vt in. l.
2. §. hoc interdictum. & sic
non superfluit hic titulus.
Accursius.*

*Et vero titulus est de via
rustica, & interdictum quod
in eo proponitur prohibito-
rium & populare. Ne vis
fiat ei qui viam publicam
iterve publicum reficere ve-
lit. Non restitutorium. Sed
si quid damni detur specie
refectionis, vt si quis viam
publicam reiecit in fundum
vicini, legis Aquilie actio
est vt que in ripa reficienda
obtrinet. l. 1. §. vltim. tit. 15.
eadem obtrinet in viarefi-
cienda. l. 3. hoc tit. Cuiac.*

*Rator ait.] CA-
S V S. Prator
prohibet vim
fieri volenti reficere
viam publicam, vel eam
aperire: & si quis eum
impediat, tenetur im-
pediēs hoc interdicto.
Postea exponit Vlpianus
verbum aperire. Item
quis purgat, dicitur
reficere. quid autem sit
purgare, exponit. Tan-
dem dicit: aliquis di-
cens se velle reficere
viam: reficiendo eam,
destruebat eandem. di-
citur quod potest pro-
hiberi absque pœna. Postea
dicit: hoc interdictum est
perpetuum & omnibus &
in omnes datur. Item in eo
venit interesse agētis.
Postea dicit, si populus
Romanus non vtatur via
publica longo tempore,
non propter hoc amittit
eam. Franciscus.*

* Vide Al-
ciali. 2. præ-
termiff. hoc
ipso tit.

*Portio est. id est species. sic
ponitur supra de cōditio. ob
causam. l. fin. Azo.*

- h *Ad libramētum. id est ad modum. Ot. vel. i. ad pulchritudinē.*
- i *Reducunt. id est reficiunt.*
- k *Si quis in specie. id est velamine.*
- l *Parietur. ab aliquo, etiam sua auctoritate.*
- m *Neque longiorem. per circuitus vel anfractus. & facit. C. de sa-
crofan. ecclesiis. l. qui sub prætextu.*
- n *Interdicit. i. interdictum proponit. Azo.*
- o *Glaream. i. sabulum cum paruis lapillis. Accursius.*
- p *Lapide stratam. i. factam lapide manu strato: ad quod est. §. de
aqua plu. arcen. l. si prius. §. j. sed videtur hoc facere licere: vt. §. de
dam. infec. l. fluminem. in princi. quæ est contra. Solu. ibi ad pu-
blicam vtilitatem: vt ibi notatur.*
- q *Actoris intererit. hoc expone vt. §. titulo. ij. l. ij. §. penultimo.*

*Viam non potest. nec ergo ad sanctum Iacobum: aliàs multis
ire non liceret: & est speciale contra regulam. C. de præ-
scriptio. xxx. an. l. omnes. vel est ideo, quia videtur excipere si a-*

lius impediat: quod ius excipiendi non tollitur tempore: vt in-
fra de except. do. l. pure. §. fina. & hoc est etiam si centum an. non
iuit, fauore publicæ vtilitatis.

*S I in agrum.] CAS V S. Si in agrum vicini viam publicam deieci,
teneor act. in factum ad interesse vicino. & da exemplum cū*

*I. VLP IANVS libro sexagesimo
octauo ad Edictum.*

Rator ait Quo minus il-
li viam publicam, iter ve
publicum aperire reficere
liceat, dum ne ea via id-
ve iter deterius fiat, vim fieri veto.

Viam aperire, est ad veterem alti-
tudinem latitudinemque restitue-
re. Sed & purgare refectionis por-
tio est. Purgare autem proprie
dicitur, ad libramētum h
propriū redigere, sublato eo quod
super eam esset. Reficit enim &
qui aperit, & qui purgat, & om-
nes omnino qui in pristinum sta-
tum reducunt: i Si quis in spe-
cie k refectionis † deteriore viā
facit: impune vim patietur l pro-
pter quod neque latiore, neque
longiorem, m neque altiorem, ne-
que humiliorem viam sub nomi-
ne refectionis is qui interdicit, n
potest facere: vel in viam terrenā
glaream o iniicere: aut sternere
viam lapide, quæ terrena sit: vel
contrā lapide stratam p terrenam
facere. Interdictum hoc perpetuo
dabitur, & omnibus, & in om-
nes: & habet cōdemnationem in
id quod actoris intererit. q

*I. I. IAVOLENVS libro deci-
mo ex Castio.*

Viam publicam populus non
vtendo amittere nō potest *

*I. I. I. PAVLVS libro primo
sententiarum.*

SI in agrum vicini viam publi-
cam quis reiecerit: tantum in
eum viæ receptæ † f actio dabi-
tur, quanti eius interest cuius fun-
do iniuria r irrogata est. Qui viā
publicam exarauerit: ad munitio-
nem eius solus compellitur. u

*rente. id est quod flumen hibernum Horatius dixit, Aelius Gallus flumē si-
bitis imbribus concitatum qui alioqui siccitatibus exarescit, desinit, Flumē
enim perenne est. Vtrumque Homeri verbis quid esset Vlpianus exposuit.*

At prætor.] CAS V S. Prohibet ne quid fiat vel immittatur in
flumine publico, vel in eius ripa: quo statio, id est locus v-
bi naues appodiata securæ stant, vel iter nauigij deterius
fiat. Secundo dicit: flumen discernitur à riuo vel magnitudine, vt
quia flumen est magnū: vel opinione rusticorū ibi iuxta moran-
tium. Tertio dicit: flumen aliud perenne: aliud torrens. perenne
est, quod semper currit: & torrens, quod in hyeme currit. & licet
perenne aliqua ætate siccetur, non desinit per hoc esse perenne.
Quarto dicit: flumen aliud publicum, aliud priuatum. publicum
est quod perenne est, vt Rhenus. & flumen Dicis: & ad hæc pu-
blica habet locum hoc interdictum: non ad priuata. Postea expo-
nit quid sit ripa: & certe ripa est quæ tenet flumen secundum na-
turalem cursum fluminis. si enim aliquo tempore superexcrecat
aqua, & vadat vltra ripas consuetas: non efficitur quod occupa-
tur nunc, ripa, item si decrescat flumen, nō minuitur. si autem flu-
men cœpit plus de terra occupare, vt quia vlt A.] Insula in flu-
mine publico nata est: in ea aliquis facit opus, dicitur quod vide-
tur non in publico facere: & sic cessat hoc interdictum. nam hæc

via iret iuxta fundum
tuum: & forte habebat
hæc via aliquos angu-
los. idem si non habe-
ret cauam fundi tui ri-
pam, vt inde homines
irent. Item qui viam pu-
blicam exarauerit: tene-
tur ad munitioē viæ-
Franciscus.

*Via reiecta. i. propter
viam reiectam actio in
factum. Io. vel vtilis A-
quil. vel (vt dicitur qui-
dam) nomen est actio-
nis, actio viæ reiectæ.
Accursius.*

*Iniuria. id est dam-
num. hoc tamē fallit in
casu: quod dic vt supra
quemadmo. serui. amit.
l. si locus. §. fina.*

*Compellitur. Qui si nō
est soluendo, vicini co-
guntur: vt. §. eodem. l. æ-
diles. §. construunt. &
ne quid in loco publi-
co fiat. l. ij. §. viarū. Acc.
Florentinus.*

DE FLVMINI-
bus: & ne quid in flu-
mine publico ripæ ve ei
fiat, &c.

*Et, pro id est, ne quid &c.
vel de flumine non nauig-
abili: & ne quid in flu-
mine &c. scilicet nauiga-
bili &c. Accursius.*

*Sequitur interdictum probibi-
torij & restitutorij. Ne
quid in flumine publico ri-
pæ eius fiat quo deterior
statio vel nauigatio sit fiat,
& q factū vel immittit e-
rit vt restitatur. q popula-
re etiā esse arbitror. Et dari
quoque vtiliter si quid fiat
in mari vel in litore quo por-
tus, statio, vel nauigatio de-
terior sit, fiat & in flumine
non nauigabili si quid fiat
quo exarescat vel aquæ cur-
sus impediatur, non si in tor-*

refectionis

* Negatio
hæc in Pan.
Flo. non hæ-
beatur, sed
per antiquū
librariū ad-
dita erat. Vi-
de. l. si locus.
§. quemad-
modum. ser. amit.
reiectæ.

insula non est publica, sed illorum qui habent ibi iuxta agros: nisi isti agri sint limitati: id est limitibus assignati quia tunc eis non accretit insula: sed occupantis fiet. & quod dixi in insula: id est est & si flumē alueum dereliquit: & per alium locum cœpit currere, nam alueus antiquus definit esse publicus, & fit illorum qui habent prædia ibi iuxta.

vnde si fiat opus ali- quod in tali alueo: ces- sat hoc interdictū. Idē est & si flumen dereli- quit alueum nouum quem fecerat. nam is non reuertetur ad anti- quos dominos: sed fiet eorum qui habent præ- dia ibi iuxta. [S I F O S - s A.] Fossa quædam est manu facta, per quam currere incipit flumen.

publica ex hoc fit. & si aliquid amodo in ea fiat, habet locum hoc interdictum. secus si flu- men inundauit agrum meum, non alueum ibi faciendo. nam non fit publicus ager meus. & si quid operis fiat in a- gro meo prædicto, non habet locum hoc inter- dictum. idem est si flu- men vadat circumqua- que agrum meum. nam meus ager remanet nec hoc interdictum habet locum si quid operis fiat in eo. idem & si fiat in flumine priuato. [I N P V B L I C O F L U M I - N E.] Nunc exponit hoc verbū in flumine: & di- cit, quod fit in aqua flu- minis, dicitur fieri in flumine. si autem fit in ripa aliquod opus, non dicitur fieri in flumine. Postea dicit: non ve- tatur omne opus fieri in flumine publico, vel eius ripa: sed illud tan- tū opus, quo facto de- terior fit statio vbi na- ues apodiantur, vel nau- igatio fiat deterior: & sic apparet quod in flumine nauigabili ha- bet locum hoc inter- dictum. at in flumine non nauigabili non vi- detur habere locū: sed æquius est vt dicamus, si opus fiat in flumine nō nauigabili, ita quod aqua siccat, vel aquæ cursus impediatur: vtile hoc interdictū dari, vt liceat hoc opus tolli. Postea exponit verbū statio, positi- uum in edicto. Postea exponit verba vltimi edicti: hæc scilicet, iter nauigij deterius fiat. nam intelligo siue ipsū nauigium fiat deterius per hoc opus, siue nauis, siue iter iuxta aquam fiat deterius, quod iter iuxta aquam causa nauigij erat. & vt breuiter dicam, quali- tercumque nauigatio incommodior fit per hoc opus: habet lo- cum hoc interdictum. [L A B E O S C R I B I T.] Si fecisti opus in ripa per quod impeditur vsus nauigandi: licet causa ripæ tuendæ feceris, non propter hoc te defendes: sed hæc est iusta exceptio faciendi opus: quasi dicat se fecisse lege concedente, vt concedi- tur infra l. prox. Secundo dicit: hoc interdictum habet locum & in opere quod fit in mari, per quod portus siue statio siue nau- igatio impediatur. Tertio dicit: hoc interdictū vtile datur & quā- do opus fiebat in flumine publico non nauigabili. [D E I N D E A I T P R A T O R.] Nunc ponit aliud edictum, cuius sensus est, si facis opus in flumine publico, vel eius ripa, siue immisum ab a-

DE FLUMINIBVS: NE quid in flumine publico ri- pæ eius fiat, quo peius nauigetur. †

TITVLVS XII.

I. V L P I A N V S libro sexagesimo octauo ad Edictum.

A It prætor: Ne quid in flu- mine publico ripæ eius facias, ne quid in flumine publico, ne ve in ripa eius immittas, quo statio a iter ve nauigio b * deterius sit, fiat. c Flumen à riuo d magnitudine discernendum est, aut existimatione e circumcolen- tium. Item fluminum quædam sunt perennia, † quædam torren- tia. Perenne est, quod semper f fluat, αέναος: torrens * οχρμαρ- ρους. Si tamen aliqua g æstate exa- ruerit quod alioquin perēne flue- bat: non ideo minus h perēne est. Fluminum quædam publica sunt quædam non. Publicum flumē i esse Cassius definit, quod perēne k fit. Hæc sententia Cassij (quam & Celsus probat) videtur esse proba- bilis. Hoc interdictum ad flumi- na publica pertinet. Si autem flu- men priuatum sit: cessabit: inter- dictum. Nihil enim differt à cæ- teris locis priuatis flumen priua- tum. Ripa autem ita recte defi- nictur, id l quod flumen conti- net naturalem m rigorem cursus sui tenens. Cæterum si quando vel imbribus vel mari vel qua alia ratione ad tempus excreuit, ripas non mutat. Nemo denique dixit, Nilum, qui incremento suo Aegyptum operit, ripas suas mutare, vel ampliare. Nam cum ad per- petuam n sui mensuram redierit, ripæ aluei eius muniendæ sunt. Si tamen naturaliter creuerit, vt perpetuum incrementum nan- ctus sit vel alio flumine admi- xto, vel qua alia ratione: dubio

lio habeas, per quod statio siue iter nauigij deterior fiat: ait præ- tor vt illud opus restituas. Secundo dicit: primum edictū est pro- hibitorium secundum restitutorium: & ad idem spectant, scili- cet ad commoditatem nauigandi. Tertio dicit: qui possidet opus per quod impeditur nauigium: licet illud opus non fecerit, te- netur hoc interdicto: scilicet vt restituat siue destruat opus illud. Frā. Accursius.

procul dicendum est ripas quo- que eum mutasse; quemadmo- dum si alueo mutato aliā cœpit o currere. Si insula in publico flu- mine fuerit nata, inque ea aliquid fiat: non videtur in publico fieri. Illa enim insula aut occupantis est, si limitati p agri fuerint: aut eius cuius ripam contingit: aut si in medio alueo nata est, eorum est qui prope vtrasque ripas pos- sident. q Simili modo & si flu- men aluetum suum reliquerit, & aliā fluere cœperit: quidquid in veteri alueo factum est, ad hoc interdictum non pertinet. non enim in flumine publico factum erit, quod est vtriusque vicini. Aut si limitatus est ager, occupan- tis alueus fiet. certè definit esse publicus. Ille etiam alueus quem sibi flumen fecit: r etsi priuatus antè fuit, incipit tamen esse pu- blicus: quia impossibile est vt al- ueus fluminis publici non sit pu- blicus. Si fossa manu facta sit, per quam fluit publicum f flumen, ni hilominus publica sit: & ideo si quid ibi fiat, in flumine publico factum videtur: aliter atque si flu- men aliquam terram inundaue- rit, non alueum sibi fecerit. tunc enim non fit publicum, quod a- qua opertum est. Item si amnis t aliquid circumeat: sciendum est eius manere cuius fuit. Si quid igitur illic factum est, non est fa- ctum in publico flumine. Nec pertinet ad hoc interdictum, si quid in priuato factū sit: nec qui- dem si in priuato flumine fiat. nam quod fit in priuato flumine: perinde est, atque si in alio priua- to loco fiat. In flumine publico factum accipere debemus, quid- quid in aqua fiat. Nam si quid ex- tra factum sit, non est in flumine factum: & quod in ripa fiat, non

procul dicendum est ripas quo- que eum mutasse; quemadmo- dum si alueo mutato aliā cœpit o currere. Si insula in publico flu- mine fuerit nata, inque ea aliquid fiat: non videtur in publico fieri. Illa enim insula aut occupantis est, si limitati p agri fuerint: aut eius cuius ripam contingit: aut si in medio alueo nata est, eorum est qui prope vtrasque ripas pos- sident. q Simili modo & si flu- men aluetum suum reliquerit, & aliā fluere cœperit: quidquid in veteri alueo factum est, ad hoc interdictum non pertinet. non enim in flumine publico factum erit, quod est vtriusque vicini. Aut si limitatus est ager, occupan- tis alueus fiet. certè definit esse publicus. Ille etiam alueus quem sibi flumen fecit: r etsi priuatus antè fuit, incipit tamen esse pu- blicus: quia impossibile est vt al- ueus fluminis publici non sit pu- blicus. Si fossa manu facta sit, per quam fluit publicum f flumen, ni hilominus publica sit: & ideo si quid ibi fiat, in flumine publico factum videtur: aliter atque si flu- men aliquam terram inundaue- rit, non alueum sibi fecerit. tunc enim non fit publicum, quod a- qua opertum est. Item si amnis t aliquid circumeat: sciendum est eius manere cuius fuit. Si quid igitur illic factum est, non est fa- ctum in publico flumine. Nec pertinet ad hoc interdictum, si quid in priuato factū sit: nec qui- dem si in priuato flumine fiat. nam quod fit in priuato flumine: perinde est, atque si in alio priua- to loco fiat. In flumine publico factum accipere debemus, quid- quid in aqua fiat. Nam si quid ex- tra factum sit, non est in flumine factum: & quod in ripa fiat, non

& infra de verb. signifi. l. littus. & institu. dere. di. §. est autem. & §. eadem. l. §. item fluminum. & §. de adquiren. re. domi. l. adeo. §. insula. in fi. & C. de allu. & palu. l. ij.

n Perpetuam. id est naturalem, quam & solet tenere.

o Cœpit. facit supra de adquiren. re. do. l. ergo. §. alluuiio. Ac- cursius.

p Si limitati. i. certis finibus determinati, vt nulla occasione do- minium eorum possit augeri. & quod hic de insula dicitur, idem est de iure alluuiouis: vt. §. de adquir. re. do. l. in agris. aliās est in li- tera, militares agri. i. militibus assignati. Accursius.

q Possident. ad hoc supra de adquiren. re. do. l. adeo. §. insula. & l. inter eos.

r Fecit. hoc est vetus.

f Publicum. totum. Idem si pars ad nauigium ex Rheno vel aqua quæ ex Sauiana trahitur, ad ciuitatem: nisi dicas quia non est pe- renne omne priuatum: vt supra. §. fluminum.

t Si amnis. facit institu. de re. di. §. insula.

netur hoc interdicto: scilicet vt restituat siue destruat opus illud. Frā. Accursius.

a Statio. vbi naves tu- tæ stant: vt infra eadem l. §. stationem. Accur- sius.

b Nauigio. aliās nau- igij, id est propter nau- igium:

c Sit fiat. fit in præsen- ti: fiat in futuro: vt su- pra ne quid in loco pu- blico. l. ij. §. deinde ait prætor.

d Flumen à riuo. Hic ri- ui nomine aqua fluens accipitur. Accursius Flo- rentinus.

e Existimatione. id est o- pinione. sic & supra de fun. instru. l. cum de la- nionis. §. afinam.

f Semper. i. sine fine. sic C. de diuer. re. l. ij.

g Aliqua. i. aliquibus temporibus: ita quod plerumque. sic. j. co. §. ripa. & insti. ad. l. Aquil. §. is autem.

h Non ideo minus. idem ergo per cōtrarium est in torrente.

i Publicum flumen. Sci- licet id demum. alia e- nim sunt priuata, vt Ra- po & Mellumzellum Azo. sed via publica di- citur, cuius solū est pu- blicū: vt supra ne quid in loco publico. l. ij. §. viam.

k Perenne. id est perpe- tuum: etsi non omni tē- pore fluat.

l Id. s. est ripa quod continet & c. sic flumen est accusatiuus: ripa di- co tenens. l. vltro citro- que.

m Naturalem. id est cō- suctū. Cursus sui, id est fluminis. cæterum & c. vel dic flumen dico cō- tinens & c. & hoc subii- cit, cæterum & c. & fa- cit infra eodem. l. pen.

† Hoc edi- ctum elegā- ter explicat Cic. in ora. pro Cecina.

* nauigij de- terius.

† Quæ sint flumina p- ennia, do- cet Arist. lib. meteor. l. c. 13.

* torrens q- hyeme, hoc est, οχρμαρ- ρους.

Huius incre- mēti causas tradit Dio- dorus Sicul. li. i. antiquit. cap. 3e

a *Vtile.* Si ex eo non nauigabili aliud nauigabile fiat: vt infra. §. si in mari. & §. seq. & l. quo minus. secundum. H. vel Azo etiam si non fiat illud nauigabile: vt quia caput ad mare tenet. An autem per Rhenum fiat aliud nauigabile, vt Padus? quod videtur: quia si Rhenus & alia ibi non immittant. s. caput, redditur non ita aptum ad nauigandum. Accursius.

b *Stationem.* Ad hoc infra de verbo. signifi. l. portus.

c *Locus demonstratur.* scilicet stationis verb. Accursius.

d *Naue.* sic accipitur C. de sac. san. ecclesi. l. iubemus nullā. in fine. & sic no. duobus modis dici nauigium.

e *si pedestre.* q̄ est iuxta aquam, quo itur quandoque funibus trahendo: quod dicitur restara vel piarda vulgariter vel de eo per quod dēceditur vel itur ad aquā siue naues.

f *Deterius fit.* vnde nō comperit hoc interdictum.

g *Rapidus.* Facit supra de aqua plu. arcen. l. j. §. ij. Azo.

h *Aut nisi.* verba exceptionis, quæ non debet dari: rectē interdiceret si non &c. Accursius.

i *Extra quā.* Et hæc verba except. rectē agitur si quid factum sit: extra quā si &c. lex autem permittit quandoque: vt infra. l. proxi. vel sic: rectē ageres nisi quia feci lege permittente vel principe.

k *Tale.* aliā vtile. aliā tale. Sed contra supra de ope. no. nun. l. j. §. nunciatio. versic. quod si quis in mari.

l *Putat vt exemplo interdicti de flumi. pu. hic interdicitur,* sicut de mari dictum est mutatis verbis tantum: cum eadem sit sententia secundum Roge.

m *Superius.* facit supra ne quid in loco pu. l. ij. §. prætor ait quod in.

n *Hæc verba, factum habes.* siue habes nunc siue non: quod dic vt supra ne quid in loco pub. l. ij. §. restituas.

o *Auctor.* id est venditor.

Q *Vo minus.] CASVS.* Ex flumine publico potest duci aqua nisi imperator aut senatus vetet. & hæc sunt vera quando flumen non est nauigabile: vel ex eo non fiat aliud nauigabile. de his enim fluminibus non posset duci aqua, cum hoc lex vetet. Franciscus. Accursius.

P *Aqua.* non tamen per viam publicam: vt supra de aqua plu. arcen. l. si in publico. §. si. & facit supra de serui. rustico. prædio. l. imperatores. Quid si ducebā aquā ex flumine infra, sed alius inci-

videtur in flumine factum. Non autem omne quod in flumine publico ripæ fit, coercet prætor: sed si quid fiat quo deterius statio & nauigatio fiat. Ergo hoc interdictum ad ea tantum flumina publica pertinet, quæ sunt nauigabilia: ad cætera non pertinet. Sed Labeo scribit, non esse iniquum, etiam si quid in eo flumine quod nauigabile non sit, fiat vt exarescat, vel aquæ cursus impediatur, vtile ^a interdictum competere, ne vis ei fiat, quo minus id opus quod in aluo fluminis ripæ ita factum sit, vt iter, cursus fluminis deterius sit, fiat, tollere, demoliri, purgare, restituere viri boni arbitrato possit. Stationem ^b dicimus à statuendo. ^c Is igitur locus demonstratur, ^d vbicunque naues tutò stare possunt Ait prætor: *Iterque nauigij deterius fiat.* Hoc pro nauigatione positum est. Immo nauigium solemus dicere etiam ipsam nauem. ^e Iter ergo nauigij potest & sic accipi: Iter naui deterius fiat. Nauigij appellatione etiam rates continentur: quia plerumque & ratium vsus necessarius est. Si pedestre ^e iter impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fit. ^f Deterius statio, itēque iter nauigio fieri videtur, si vsus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior, aut si in totum auferatur. Proinde siue deriuetur aqua vt exiguior facta minus sit nauigabilis: vel si dilatetur, aut diffusa breuem aquam faciat: vel contra sic coangustetur, & rapidius ^g flumen faciat: vel si quid aliud fiat quod nauigationem incommodet, difficiliorē faciat, vel prorsus impediatur, interdicto locus erit. Labeo scribit, non esse dandam exceptionem ei qui interdicto conuenitur, *Aut nisi ^h ripæ tuendæ causa factum sit:* sed ita excipiendum ait: *Extra quā ⁱ si quid ita factum sit, vti de lege fieri licuit.* Si in mari aliquid fiat: Labeo ait competere tale ^k interdictum: *Ne quid in mari, in vel litore, quo portus, statio, iter ve nauigio deterius fiat.* Sed & si in flumine publico, non tamen nauiga-

pit ducere supra, ita quod me impedit: an potest? videtur q̄ sic, p̄ listam. Argu. contra. j. rit. j. l. j. §. sunt autem qui. & §. ne quid in loco publi. l. ij. §. merito. & videtur verius. Accursius.

q *Non permittitur.* à lege, etiā si princeps permitteret: nisi diceret, non obstare lege ista vel alia: vt. §. de aqua plu. arcē. l. si autē. §. si.

& est argu. in lit. de her. qua. & diff. §. testamenti. Itē ad hoc quod princeps & senatus æquiualeant in concedendo, facit supra de aqua plu. arcē. l. quod principis. & quod nō. in. l. si autem. in. fin.

F *lumina.] CASVS.* Flumina publica quæ fluunt, & ripæ eorum sunt publicæ. ripa autē dicitur, quæ continet plenissimum flumen & ea loca cedunt ripæ, quæ incipiunt vergere siue declinare versus aquam vsque ad aquam nam ripæ & prædicta loca sunt publica quo ad vsum.

r *Publica sunt.* quo ad vsum, sed flumina etiā quo ad proprietatē: vt §. de rerū diui. l. nemo. in fine. & l. riparum.

f *Continet.* quod & habes. §. l. j. §. ripa.

c *Secundum.* i. iuxta.

u *Publica.* aliqua ergo & hoc subiicit, cum ripæ &c. & dic ripæ datiuus: & cedat, scilicet loca. & dic cedunt, vt sint publica quo ad vsum. quod dicit vsque ad aquam, id est naturalem cursum aquæ: siue unde naturaliter consuevit fluere. Quid ergo si inter duos montes currit? Et videtur vsque ad cacumen mōtis esse publicum, cū semper vergit ad aquā. sed dic vergit propter attractionē aquæ: sed in prædicto casu non sic. Sed quid si nil vergit propter tractionem aquæ, quia saxosus est vsque ad aquam? Respon. dicam esse publicum vsque ad locum quo plenissimū flumen excurrit: vt & supra proxi. & argu. infra de verbo. signific. l. littus.

Q *Vestitum est,* an is qui in vtraque ripa fluminis publici domum habeat, potest priuati iuris facere potest. Respondit, nō posse. ^x

II. PAVLVS libro sextodecimo ad Sabinum.

F *lumina publica quæ fluunt,* ripæque eorū publicæ sunt. Ripa ea putatur esse, quæ plenissimum flumen continet. ^f Secundum ^r ripas fluminum loca non omnia publica ^u sunt: cum ripæ cedant ex quo primū à plano vergere incipit vsque ad aquam.

III. SCÆVOLA libro quinto Responsorum.

Q *Vestitum est,* an is qui in vtraque ripa fluminis publici domum habeat, potest priuati iuris facere potest. Respondit, nō posse. ^x

NE QUID IN FLUMINE publico ripæ eius fiat quo aliter aqua fluat, quàm priore ætate fluxit.

TITVLVS XIII. *Diuide titulum istum in duas principales partes. In prima po-*

Ricardina. sed hæc lex non nocet, cum consuetudo nostræ ciuitatis sit in contrarium. supra vias enim publicas videmus quotidie fieri solaria, & super fluminibus pontes. Fran.

x *Non posse.* idem in domibus: quod dic vt. §. ne quid in loco publico. l. ij. §. tractatum. Accursius.

Princeps & senatus æquiualeant in concedendo. [†] Duarēnu putat leg. n. dum factum argumento sequentium verborum.

F *lumina.] CASVS.* Flumina publica quæ fluunt, & ripæ eorum sunt publicæ. ripa autē dicitur, quæ continet plenissimum flumen & ea loca cedunt ripæ, quæ incipiunt vergere siue declinare versus aquam vsque ad aquam nam ripæ & prædicta loca sunt publica quo ad vsum.

r *Publica sunt.* quo ad vsum, sed flumina etiā quo ad proprietatē: vt §. de rerū diui. l. nemo. in fine. & l. riparum.

f *Continet.* quod & habes. §. l. j. §. ripa.

c *Secundum.* i. iuxta.

u *Publica.* aliqua ergo & hoc subiicit, cum ripæ &c. & dic ripæ datiuus: & cedat, scilicet loca. & dic cedunt, vt sint publica quo ad vsum. quod dicit vsque ad aquam, id est naturalem cursum aquæ: siue unde naturaliter consuevit fluere. Quid ergo si inter duos montes currit? Et videtur vsque ad cacumen mōtis esse publicum, cū semper vergit ad aquā. sed dic vergit propter attractionē aquæ: sed in prædicto casu non sic. Sed quid si nil vergit propter tractionem aquæ, quia saxosus est vsque ad aquam? Respon. dicam esse publicum vsque ad locum quo plenissimū flumen excurrit: vt & supra proxi. & argu. infra de verbo. signific. l. littus.

Q *Vestitum est,* an is qui in vtraque ripa fluminis publici domum habeat, potest priuati iuris facere potest. Respondit, nō posse. ^x

II. PAVLVS libro sextodecimo ad Sabinum.

F *lumina publica quæ fluunt,* ripæque eorū publicæ sunt. Ripa ea putatur esse, quæ plenissimum flumen continet. ^f Secundum ^r ripas fluminum loca non omnia publica ^u sunt: cum ripæ cedant ex quo primū à plano vergere incipit vsque ad aquam.

III. SCÆVOLA libro quinto Responsorum.

Q *Vestitum est,* an is qui in vtraque ripa fluminis publici domum habeat, potest priuati iuris facere potest. Respondit, nō posse. ^x

NE QUID IN FLUMINE publico ripæ eius fiat quo aliter aqua fluat, quàm priore ætate fluxit.

TITVLVS XIII. *Diuide titulum istum in duas principales partes. In prima po-*

Ricardina. sed hæc lex non nocet, cum consuetudo nostræ ciuitatis sit in contrarium. supra vias enim publicas videmus quotidie fieri solaria, & super fluminibus pontes. Fran.

x *Non posse.* idem in domibus: quod dic vt. §. ne quid in loco publico. l. ij. §. tractatum. Accursius.

* Eleganter subaudiatur, teneri. l. i. §. permittitur. j. de aqua. quoidi.

a] Adde Bal. in rub. §. de rerum diui. col. 6. ver. sed dubitatur cum pendices. & Bar. Cipo. in titu. de repa. & in ti. fer. rusti.

* stando.

NE QUID IN FLUMINE PVBLICO

ripave eius fiat, quo aliter aqua fluat quam &c.

Differt à superiori citu, quia illud propter nauigij utilitatem, hoc propter agrorum vel aliam quam nauigij prohibet in flumine fieri. Item ille de nauigabili vel quasi dicit, hic de omni flumine: ut infra l. i. circa prin. Item differt ab inferiori: quia hic prohibetur fieri in publico, ibi cōtra vetat fieri vim facienti & utenti. Accursius.

Hoc quoque interdictum populare & tam restitutorium quam prohibitorium est. Ne quid fiat in flumine publico quo aliter aqua fluat quā priore æstate fluxit & quod factum erit ut restituatur sumptibus eius qui fecit. hæc enim impense pœna inest omnibus interdictis quæ sunt de opere restituendo, in quam heres, ut arbitrator nō succedit. Cuiacius.

It prætor.] CASVS.

A Primo ponitur edictum, cuius sensus est: ne quid fiat in flumine publico, vel ei⁹ ripa, per quod aqua aliter fluat quā priore æstate consuevit fluere. Secundo loquitur Vlpia. & dicit: hoc edicto prospicitur ne deriuationibus flumina excrecant: & ne mutatis alueis vicinis damnum inferatur. & habet locum in flumine nauigabili, & non nauigabili: & is demum hoc interdicto tenetur, qui fecit opus, vel aliquid immisit, per quod aqua aliter fluat quā priore æstate consuevit fluere: nec inspicitur currat minus aquæ vel pl⁹ per hoc opus: sed si mutetur aquæ cursus, cum vel depressior fiat aqua vel altior, & sic rapidior, & sic lædantur ex hoc colentes circumquaque flumē. [SI QVIS EX RIVO.] Siue ducebam aquam per riuū coopertum, & nūc prædictum riuū aperio: vel econtra: & hoc sit damnum colentium agros ibi iuxta iter: si immutem alueum fluminis:

hoc interdicto teneor. Secundo quæritur, an subueniatur ei qui fecit opus causa ripæ muniendæ licet per hoc opus aqua aliter currat: & videtur quod non: cum ex hoc opere lædantur vicini, de æquitate tamen dicas contrarium: ut ipse non teneatur, idem & si muniat agrum suum ripis magnis, siue aggeribus, ut per hoc defendat agrum suum à flumine, nam non tenetur, licet per hoc cursus aquæ mutetur. Tertio dicit: bene dixi teneri eum qui facit opus per quod aqua aliter fluit. Et bene dixit prætor priore æstate: cum in æstate magis sit certus cursus aquæ, quā in hyeme. æstas autem finitur in autumnno: & si in fine æstatis ago de opere quod hac æstate est factum, inspicitur principium præcedentis æstatis, non proximæ. & datur hoc interdictum cuique ex populo, & contra eum qui facit ut aqua aliter fluat quā sit consueta, datur & in heredem. & dic de hoc ut in glo. [DE INDE AIT PRÆTOR.] Nunc ponit aliud edictum, & est sensus: Si habes factum aliquid vel immisum in flumine publico vel in ripa

nit interdictum prohibitorium: in secunda interdictum restitutorij. secunda ibi, Deinde ait prætor. Item prima subdividitur in quinque. Primò ponit verba edicti. Secundo narratiunculam quandam per modum summarij cuiusdam. Tertio exponit edictum. Quarto quæstiones aptat ad primum edictum. Quinto declarat cui & cōtra quos hoc edictum competit. Secunda ibi, hoc interdicto. tertia ibi, ait prætor. quarta ibi, si quis ex riuo. quinta ibi, hoc interdictum cuius. Secunda pars principalis subdividitur in duas. Primò ponit verba edicti restitutorij. Secundo differentiam ostendit inter hæc duo interdicta. Secunda ibi, hoc interdictum.

I. VLPIANVS libro sexagesimo octavo ad Edictum.

A It prætor: In flumine publico, in ve ripa eius facere, aut in id flumen ripam ve eius immittere, quo aliter aqua fluat quā priore æstate fluxit, veto. Hoc interdicto prospexit prætor, ne deriuationibus minus^a concessis flumina exarescant, vel mutatus alueus vicinis iniuriam^b aliquam afferat. Pertinet autem ad flumina publica: siue nauigabilia sint, siue non sint. Ait prætor: Quo aliter aqua fluat quā priore æstate fluxit. Non omnis ergo qui immisit, vel qui fecit, tenetur: sed qui faciendo vel immittendo efficit aliter quā priore æstate fluxit, aquam fluere. Quod autē ait, aliter fluere non ad quantitatem^d aquæ fluxit pertinet, sed ad modum^c & ad rigorem cursus aquæ referendum est. Et generaliter dicendum est, ita demum interdicto quem teneri, si mutetur aquæ cursus per hoc quod factum est: dum vel depressior vel artior^f fiat aqua, ac

e a s v s. Nunc exponit Vlpia. quædam verba edicti: hæc. s. quæque ibi habuit. & dicit quod omnes res comprehendit, siue erant deiectæ, siue ei commodatæ vel depositæ vel obligatæ. postea exponit verbum tūc, positum in edicto, id est dicere, vt res quas habuit in fundo tunc cum fuit deiectus, veniant in hoc interdicto: siue tūc amisit eas, siue postea: vt quia oues ibi remaserunt & perierūt, vel ferui remanserūt & perierūt. nā deiciens nomine omnium tenebitur. hinc est quod & si domus de qua deiectus quis est, combusta sit postea, tenetur deiciens emendare, etiā cū semper fuerit in mora. Postea exponit verbum ibi, positum in edicto: & est dicere, qd res quas habebat. s. in tota illa possessione de qua est deiectus, veniat in hoc interdicto. Postea exponit verbū, intra annū. positū in edicto. nam ille annus utilis est: & ex die deiectionis utilitas quā habuisset deiectus si deiectio nō esset facta, venit in hoc interdicto: quia tenetur deiciens quo ad æstima. etiā si desit possidere. Postea queritur an hoc interdictū detur liberto contra patronū: itē filio cōtra patrē, si ab eis sint deiecti. Et dices quod non, sed in factū datur: & hoc si vis fuit sine armis. si autem cū armis: tūc dabitur bene hoc interdictum & liberto & filio cōtra patronum & patrē. Item hoc interdictū datur heredi & ceteris successoribus. Item datur ei qui desit possidere per deiectionem. Pone enim qd deiecasti me: nō autē meā familiā. cū adhuc possideam, nō habeo hoc interdictum. Quid autē si me expulisti & partem familiæ meæ, partē in fundo ligasti: vel si totā familiā meam ligasti? bene habeo hoc interdictum, cū desierim possidere. Sed quid si me inuenisti in fundo meo, & me ibi ligasti, & tenebas me ita ligatum? habeo hoc interdictū, cū deiectus videar. Postea dicit, non solum deiciens tenetur hoc interdicto. sed & heres eius tenetur act. in

damni senserit ob hoc quod deiectus est, recuperare debet. Pristina enim causa **a** restitui debet, quam habiturus **b** erat si non fuisset deiectus.

Non liberatur violentus deictor restituto fundo: nisi & restituantur alia ablata de ipso fundo. Er potest agi ad exhibendum pro rebus mobilibus, si vult ipse deictus, vel is ad quem res pertinent. Bartolus.

Si fundus à quo vi expulsus sim, mihi restitutus esset: ceteræ verò res quæ vi ablatae sunt, non restituantur: hic dicendum est interdictum nihilo minus tenere: quia verum est, vi esse deiectum. Planè si quis velit de possessione quidem rei soli per hoc interdictum experiri, **c de rebus verò mobilibus ad exhibendum actione: potest hoc suo arbitrio habere. & ita Iulianus scribit. Idem scribit & si quis vi bonorum raptorum de huiusmodi rebus velit experiri.**

Exponit iurisconsult. quædam verba edicti, & est rex. satis facilis (quia plura scribere, esset inutiliter membranas occupare) vsque ibi, interdictum hoc.

Quod autem ait prator, Quæque ibi habuit, sic accipimus, vt omnes res contineantur, non solum quæ propriæ ipsius fuerunt, verum etiam si quæ apud eum depositæ, vel ei commodatæ, **d vel**

A factū ad id quod ad eū peruenit ex vi defuncti: siue illa vis facta fuit cū armis, siue sine armis: & perpetuo datur cōtra heredē, cū detur in id quod ad eū peruenerit: Quid autē cōtineatur nomine armorū, specificat: scilicet fustes, lapides, & similia. Et dicitur vis armata, siue hæc arma habuerunt à principio, siue postea cō-

pigneratæ: quarumque vsū vel vsū fructum vel custodiam habuit, vel si quæ ei collocatæ sunt. Cum enim dicat prator, *habuit*: omnia hæc habendi verbo **c** continetur. Rectissime autem prator addidit: *tunc ibi habuit. Tunc* sic accipimus, cum deiceretur. Et ideo & si quid postea desit illic esse: dicendum erit in interdictū venire. sic fit vt etiam si homines vel pecora demortua sint post deiectionem, interdicto locus sit. Deniq; scribit Iulianus, eum qui vi deiecit ex eo prædio in quo homines fuerant, propius esse, vt etiam sine culpa eius mortuis hominibus, æstimationem eorum per interdictū restituere debeat: sicuti fur hominis etiam mortuo eo tenetur. **f** Huic consequens esse ait, vt villæ quoque & ædium incendio cōsumptarum pretium restituere cogatur. Vbi enim **g** quis, inquit, deiecit, per eum stetit videtur **b** quo minus restitueret. idcirco constare ait, eum qui vi deiecit, quicq; vi sine dolo malo desierit possidere, interdicto teneri. *Ibi* autem ait prator: vt ne quis & quæ illic non habuit, complectatur. Sanè quod ait prator, *ibi*: quomodo accipimus? vtrum in eo loco vnde quis vi deiectus est, an verò in omni possessione? Et melius dicitur, non ad angulum referendum vel locum **i** in quo fuerit, verum etiam ad omnē partem possessionis, qua **k** quis caruit cum deicitur. Annus

uenerat culpa, post quam quis de casu tenetur: vt. s. commo. l. in rebus. Alij, quod per pactum se astrinxerit ad casum, argu. s. de positi. l. j. §. sæpe. quibus casibus cū teneatur, interest eius, & ideo agit. aliàs cum non teneretur, nec ageret: vt. j. de fur. l. eum qui. §. is apud quem. & §. præterea. & §. non solum. Tu dic etiam agi si non interfit ex prædictis causis: & aliud in furto: & hoc odio inuadentis, aduersus quem non potest præuideri: vt. d. l. ad eos. s. commo. & s. loca. sed de damno. & de actio. empt. si ea res. In quo ergo damnabitur violentus si non restituat res tales? Respon. in rerum æstimationem, quasi tātum interfit, cum ad eas personaliter sit astrictus. Sed arg. contra. j. e. l. interdicto. sed certe vltra rei æstimationem interesse potest magis, non autem minus: vt ibi exponitur litera.

e *Verbo.* in latissima significatione. Azo.

f *Tenetur.* vt & s. de condi. fur. l. fin. & Co. de fur. l. subtracto. & C. de condi. fur. ante. & quod met. cau. l. j.

g *Vbi enim.* vbi. i. postquam vel statim. & subaudi, eum.

h *Stetit videtur.* i. semper est in mora: vt. j. e. l. pe. & de ver. obl. le. nemo. §. fi. Non ergo distinguitur: erant periturae penes actorem vel non. o Martine. sed pro te est. s. quod me. cau. si cū exceptione. §. quod si homo. verbi. sed & si non. ibi, sicuti in interdicto & c. sed expone vt ibi. Item p te. s. de peti. here. l. si à domino. §. si prædo. Sed rñ. vt ibi. pro nobis autem sunt prædictæ concor.

i *vel locum.* in quo morantur. ad quod est. j. de verbo. sign. l. locus. Accur.

k *Qua.* scilicet possessione.

perunt habere. Itē si cū armis venerunt ad deiciendum, licet armis nō fuerūt vsi in deiectione: armata tamen vis dicitur. sufficit enim deterror armorum, aliàs terror. Sed pone quod aliquis existens in fundo suo, vidēs armatos, credens eos ad eū venire, fugit de fundo: armati aliō iuerunt? non videtur vi deiectus. idem si audiuit armatos venire: siue erat verū, siue nō, & fugit propter hoc de fundo: illi tamen non intrauerūt: non videtur vi deiectus. Tandem dicit: cum irem ad Ricardinā, & vellem in agros meos intrare: prohibitus fui à quibusdam armatis. videor deiectus armis. Tandem dicit: qui cum armis vult me deicere, possū ei armis resistere: & si iam me deiecit, possū eū expellere absq; pœna: & hoc incōtinenti, non ex interuallo. & dicit hæc §. cum. l. seq. & prin. sequentis vsque ad. §. cū procurator. Franciscus Accursius.

d *Commodata.* Sed quomodo in deposito, cum non teneatur nisi dolū commiserit: & in commodato, cum & ibi custodia aduersus vim parum proficiat: vt supra commodati. l. ad eos? Respon. secundū quosdam culpam commisit, quia potuit defendere: nec fecit. Alij, qd præ-

Locatæ.

a *Interdictio*, aliàs edicto: aliàs interdictio. & facit infra de diuer. & temp. præscrip. l. j. Accursius.

b *Fructuum*, etiam percipiendorum: vt. C. eo. si de possessione.

c *Interdictis*. vt & supra de interdic. l. in interdictis. & infra de precario. l. quæsitum. §. ex hoc. est ergo hoc speciale in interdictio quod vi aut clam: vt infra quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdictio. & supra de vsu. l. videamus. ij. §. in Fauiana.

d *Non solum autem fructuum*. vt & supra. §. proxi.

• Flo. corū.

e *Si vi*, aliàs, se vi deiectum non esse. aliàs si vi deiectus nõ esset. & fa. C. eo. l. si quando.

f *Non possidet*. deiecit tamen. Azo.

g *Cogetur*. scilicet æstimationem: vt & infra. eo. l. si vi me.

h *Hic competere*. filiis vel libertis. Accursius.

i *Hic*. id est isto casu. Accursius.

k *Competit*. Non aliàs. & secundum hanc distinctionem accipe vt supra de obseq. l. ij. & l. licet. quibus indistincte denegari dicitur interdictum. & facit supra de dolo. l. non debet. & de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. pen. Accursius.

l *Et cæteris*. de iure prætorio. Accursius.

m *Competit*. vt instituit. de perpe. & tempo. act. §. non autem. verfic. sed heredibus. econtra in heredem non datur, nisi peruenit: vt infra. §. fina.

n *Possidet*. vt infra titu. j. l. j. §. consequenter. Accursius.

o *Præbet*. aliàs præbet: & aliàs probat.

p *Retineo*. hoc est planum in ea possessione quam eorū scilicet corpore & animo possideo: vt peculiariter. si autē meo animo, & eorum corpore: & sic ciuilem per me, naturalem retineam per eos: & tūc idem. Nam cum

retineam ^a naturalem per colonos, & similiter etiam ciuilem, nõ videor amississe: quia ex mixta naturali, vtpote digniori. domino ergo expulso, neutra perditur: vt hic. sed colono expulso, tunc vtraque perditur: quasi ciuilis concomitetur naturalem amissam: vel quia in coloni persona repræsentatur dominus: vt supra de adquiren. posses. l. peregre. §. quibus. & l. quod seruus. Sed licet domino solo deiecto non perdat dominus: secus tamen si sua voluntate spontanea alij tradat: licet colonus non eius, sed meo nomine velit retinere. Item & ideo retineo ego deiectus per colonum: quia si perdo per eum deiectum, multo magis retineo per eum nõ deiectum: vt arg. C. de vsufu. l. antepenul. Item facit. j. de verbo. oblig. l. si ita stipulatus fuero per te.

q *Imperauit*. pro suo commodo, vel etiam vt exirent.

r *Possidere*. scilicet te intelligendum est, & sic interdictum datur. Sed opponitur: quia hoc eodem casu videtur dari quod metus causa: vt supra quod me. cau. l. metum. iij. §. idem ait & si forte. ergo hoc cessat: vt infra eodem. l. si metu. ^b Sed hic priuatur possessor possessione: & recedit deiciens: sed in. l. meff. Nouum.

tum, non, sed tantum vt patiatur ædificare. Item oppo. quia videtur vis turbatiua, & sic vti posside. dari. ergo non hoc: vt infra eo. vim facit. Sed respon. vt modo dixi: quia hæc etsi non expulsiua, tamen priuatiua est vis. eo enim quod ligat possidentem: videtur eum priuare possessione: ad quod est infra de libe. ho.

exhi. l. ij. at in turbatiua non eum deicio: sed tantum turbo, non permittendo eum arare & colere: vt dicta. l. vim facit. Accur.

f *In parte*. seruorū. No. quod dixi. §. de vsur. l. qui scit. in princ.

r *Si aliquo possidente*. libero scilicet homine.

u *Esset*. id est quid iuris sit.

x *Vinctus est*. quia non distat à seruo, & c. qui vinctus detinetur: vt infra de libe. ho. exhi. l. ij. & oppo. & respon. vt modo dixi. Item quid si imperaui colono tuo vt pro me possideat: & facit timore: videtur te vi deici: vt hic dicitur.

y *In factum*. quæ in locum interdicti datur. vt institu. de interdi. §. fin. & nihilo minus hic datur interdictum. arg. infra eo. l. idem. §. hoc interdictum.

z *Peruenit*. & perpetuo: vt & infra. l. idem est. §. j. & supra quod metus cau. l. quod autem. & l. seq. & de dolo. l. in heredem. & l. sequen. & C. de delict. defunct. l. j. & C. eo. vi pullos. l. j. & infra de regu. iur. l. sicuti. Nā turpia, & c. vt supra de calum. l. heredem. iij. Accursius.

Dem.] **CASVS** in hac. l. vsq; ad. §. cum procurator. continuatur. l. præced. [**CVM PROCURATOR.**] Si procurator meus deiecit aliquem de fundi possessione cum armis me iubente, vel ratum habente, teneor: quia ego videor deiecis. idē in familia. Item tenetur cuius instigatu familia mea deiecit aliquē. Itē

hi qui remanserunt in fundo, cæperint à deiciente possideri. hoc dicit. cum. §. seq.

Non alij autem, quàm ei qui possidet, ^a interdictum vnde vi competere, argumentum præbet ^o quod apud Viuium relatum est: si quis me vi deiecerit, meos non deiecerit, non posse me hoc interdictio experiri: quia per eos retineo ^p possessionem, qui deiecti non sunt.

Idem Viuius refert: seruos quosdam vi depulit, alios retinuit, & vinxit, aut etiam eis imperauit. ^q vi te deiectum intellegi. desisse enim possidere, ^r cum serui ab alio possideantur. Et quod in parte ^f seruorum dictum est, idem in omnibus dici ait: si fortè nemo depulsus esset, sed possideri ab eo cæpissent, qui ingressus in possessionem esset.

Quid dicturi essemus, tractat, si aliquo possidente ^f ego quoque ingressus sum in possessionem, & nõ deiciam possessorem, sed vinctum opus facere cogam: quatenus res (inquit) esset? ^u Ego verius puto, cum quoque deiectum videri, qui illi vinctus est. ^x

Hoc interdictum inquatum est rei persecutorium, datur etiam in heredes in id quod ad eos peruenit, & datur perpetuo.

Ex causa huius interdicti in heredem, & bonorum possessorem, cæterisq; successores in factum ^y actio competit in id quod ad eos peruenit, ^z

II. PAVLVS libro sexagesimo quinto ad Edictum.

Dolove malo eorum factum est quo minus perueniret.

III. VLPIANVS libro sexagesimo nono ad Edictum.

D

hoc interdictum datur post annum in id quod peruenit ad deicientem. [**VNDE VI.**] Si prohibetur fructuarius vti frui fundo in quo habebat vsufructum, habet hoc interdictum. Prohiberi autem dicitur fructuarius, siue existens in fundo in quo habebat vsufructum, deiciatur: siue cum exisset sponte de fundo, nunc volēs redire, non fuit admissus, sed ab initio velit incipere vti frui, & fuerit prohibitus: non habet locum hoc interdictum: sed rei vindi. agat, quod expone vt in glo. & prædicta habent locum in vsufructuario domus, siue fundi: in fructuario vero rei mobilis secus est. nisi res prædictæ mobiles solo cedant: vt sunt tigna quæ sunt in domo. & quæ dixi in fructuario: & ex quacunque causa sit constitutus vsus vel vsusfru. id est siue inter viuos, siue in testamento: idem est. Et vt breuiter dicam: qualitercunque fructuarius possidens deiectus sit: habet hoc interdictum, & durat ei etiam si postea capite sit minutus, & sic amisit vsufru. & hoc casu dabitur pro præterito damno, non vt pro futuro tempore constitutur vsufruct. & dabitur etiam heredibus, & in heredes deicientes datur in factum in id quod ad eos peruenit. Franc.

a] Sing. est ista glo. ad hoc quod vbi dominus dei citur de possessione: tamē adhuc eam retinet per colonū suum ibi existētē, secus autē si spontanea voluntate possessionem traderet alteri: quia tunc eā perdidit omnino: nec eā retinet per colonum existētem in eo fundo. Bol. b] Jaiās, si reum.

a Actio datur. Videbatur quod quando cum armis facta est, non deberet dari in heredes, etiam de eo quod ad heredes peruenit: quia acrius punitur criminaliter deiiciens, quam cum vis facta est sine armis: sed tamen contra est, quia datur. vel dic e contra videbatur dari etiam si non peruenit, propter immanitatem criminis, sed tamen non datur nisi in id quod peruenit, vt subiicit: sufficit enim &c.

b Perpetuo. ad quod faciunt conxor. positæ supra. l. j. §. fin.

c Romphæa. i. lanceæ, quæ habet rostrum vel ramponē ad homines capiendos. Alij habent rambolas. & facit. j. de verb. signifi. l. armorum & institut. de interdi. §. sed ex constit. versi. qui autem. Idem in telo: vt j. de fur. si pignore. §. ij. **d** Tenuit. ne cū eo percuteret. H. vel dic vnus vel alter, quasi non omnes.

e Concertatione. aliàs cōcertatione, & aliàs deiectione, & aliàs certamine.

f Vt fustes. ex eo q̄ nō inspecto principi. sed sine dicitur hic vis: sume ar. q̄ si alio tendentes cum viderent me fugisse, mutato proposito ingrediuntur: q̄ videar vi deiectus, inspecto sine.

g Sed deiecerunt. i. sine armis: quia forte armatis visis fugerunt: aut cū venissent armati, eis depositis deiecerunt possidentes. Accursus.

h Armorum. Arg. ad quæstionem qua quæritur an oporteat aliquem expectare primo se percuti: scilicet quod non: vt not. C. vnde vi. l. j. in glo. si. versi. item nunquid. & fa. ad. §. in quantum dicitur hic, etsi non armis vsi sunt supra de cal. l. & generaliter. ij. respon. ibi, siue fecerit, siue non. cum glo. in verbo, siue nō. & quod quisque iur. l. iij. j. respon. & C. de fur. l. si quis. & supra de postu. l. j. §. bestias. ibi, siue depugnauerit, siue non. & ibi glo. in verbo, siue non. & facit supra ad. l. Aquil. sed & si quemcunque. & C. de fca. l. ij. & iij.

i Vi deiectus. imò videtur vi deiectus: vt supra de vsuca. l. non solum. §. si dominus. Solum non videtur vi deiectus vt habeat interdictum, vt hic, sed quo ad hoc vt amittat possessionem sic, vt ibi secundum Azo. Alij q̄ hic aliò ibant, ibi illuc. quod non placet: quia quo ad amittendam possessionem non refert ibant illuc, vel non: vel etiam in nullo loco. nam semper amittitur: vt ibi.

k Cum armatis. aliò tendentes secundum Io. & Azo. & sic loquitur eo casu quo superius proxi. respō. & hoc etiā casu loquitur. §. quod me. cau. l. metū. ij. respō. & quod subiicit, siue verū, &c. l. eos esse paratos ad eundem aliò, siue non. & quod subiicit non esse vi deiectum: supple, nec alio modo quo ad interdictum, vt &c. sed quo ad perdendam possessionem sic: vt. §. de vsuca. non solum. §. si dominus. quæ est huic respon. contraria, in eo quod subiicit nō videri deiectum vi. Alij dicunt illuc tendentes: non aliò. & quod subiicit, siue verum, &c. eos esse armatos vel non, vere tamen veniebant, & illuc, secundum eos. Item quod subiicit non esse armis deiectum, sed sine armis videtur deiectus: & ita habebit interdictum pro vi simplici, non pro vi facta cum armis, secundum eos. Ad idem tamen vtraque datur cum ciuilitate agitur: vt ar. §. proxi. §. qui armati. & ideo hæc opinio non placet.

l Decefferit. si aliò tendebat: vt dixi: & tamen metu discessi. ergo amisi pos. meo animo. vnde licet mutato proposito apprehendant eam, non tenentur, quia tunc non possidebat: vt. §. eo. l. j. §. interdictū. Respon. datur vtile, arg. §. eo. l. j. §. familiae. Vel dic quod recessit non animo deferendi poss. sed forte sub illa conditione, si illi intrarent. arg. §. de acquir. pos. l. si me in vacuam. secundum Azo. Item op. alia ratione q̄ non videtur cōpetere interdictum etiam

si fuerit occupata. nā nomine naturalis non, quia erat vacans. nomine ciuilibus nō, quia nō alius, sed sua opinio & forte vana priuauit eū: vt ar. j. de fur. l. si quis in seruitute. in fi. cuius vani timoris nulla est æstimatio: vt. §. de re iudi. l. si quis ab alio. in prin. Respō. non sola opinio, sed aduersarius propter quem opinio procedit, eum priuauit: vt arg. C. de rap. vir. l. vnica. & hic animus amittendi præuenit inuasionē. E-

Si quis autem visis armatis, qui alibi tendebant, metu hoc deterritus profugerit, non videtur deiectus: quia non hoc animo fuerunt qui armati erant, sed aliò tendebant. Proinde & si cum armatos audisset venire, metu decefferit de possessione: siue verum, siue falsum audisset, dicendum est, non esse eum armis deiectum: nisi possessio ab his fuerit occupata. Si autem cum dominus veniret in possessionem, armati eum prohibuerunt, qui inuaserant possessionem: videri cum armis deiectum.

Vim vi repellere licet incontinenti, non autem ex interuallo. Bartolus.

Eum igitur qui cum armis venit, possumus armis repellere: sed hoc confestim, non ex interuallo: dummodo sciamus, non solum resistere permiffum, ne deiiciatur: sed & si deiectus quis fuerit, eundem deiicere, non ex interuallo, sed ex continenti.

Imputatur domino, si procurator deiecit aliquem: scilicet si dominus mādauit, vel ratum habuit

tionem amisi, quia fugi: vt. d. §. si dominus. tamē nec edictū quod me. cau. nec vnde vi, locum habet: vt. §. quod me. cau. l. metū. ij. respon. & §. §. proinde. si vero veniebant, sed aliò tendebat, nec sunt ingressi, tunc idem: & §. proxi. §. si quis autem. Si vero aliò tendebant, sed tamē dum fugi sunt ingressi: locum habet vnde vi, quasi vi deiectus, & quasi ex postfacto ad id venisse videatur: vt. §. §. armis deiectū. & §. proinde. vbi & de hoc no. si vero ad hoc veniebant: tunc etiam si non sunt ingressi, locum habet interdictū vnde vi, vt supra de vsuca. non solum. §. si dominus. & l. sequitur. §. si tu me. & innuit supra proxi. §. si quis autem. licet dominus Bul. in casu proximo superiori dicebat quod non, sed vi deiectum videri quo ad perdendam poss. vnde intelligebatur in. d. §. si dominus. nisi sequeretur ingressus. & pro eo supra eo. l. j. §. idem Labeo. & supra proxi. §. proinde. sed eas expone vt in qualibet nota. si vero sunt ingressi poss. tunc sine dubio secundum omnes vnde vi interdictum locū habet: vt supra. l. j. §. idem Labeo. & supra. §. proinde. in fi. Si vero non fugi. sed aliàs me absente sunt ingressi, nec reuertentem admiserunt: vnde vi locum habet: vt hic, & supra eo. l. j. §. interdictum. & supra de acquir. pos. l. clam. §. fin. Si vero me reuertentem non fugauerint in prædicto proximo casu, sed metu discessi, & accedere nolui: quasi metu videor eis possess. cessisse: & edictum quod metus causa, non vnde vi, locū habet: vt. §. quod me. cau. l. metum. ij. respon. & §. §. sed & si per vim. fecus si non redij, credens me non admittendum, vel deiiciendum, quia habeo interdictum: vt supra eo. l. j. §. interdictum.

Eum igitur, quia is qui armis deiecit, iniuste facit, & ideo tenetur: igitur, &c. & no. arma armis repelli: vt & supra e. l. j. §. vim vi. etsi cum moderamine. quod no. C. e. l. j.

Resistere. vt & supra eo. l. j. §. vim vi. & §. vi possidere. in fin.

Continenti. i. antequam ad alia extranea diuertat negotia: vt. j. de verb. oblig. continuus. j. respō. & de duobus re. l. duos. §. fin. & j. de adul. l. quod ait. §. quod ait. & §. de testa. heredes. §. fin. Sed quid si in villis deiectus venit ad ciuitatem pro amicis, & in hoc biduo vel triduo laborat, an interim possideat? Quidam non, etiam ciuilitate, sed veniens recuperat. arg. j. eo. l. qui possessionē. Sed potest dici quod possideat ciuilitate, & spem habebit recuperandi

* Flo. quod est.

† Not istum text. quod ar morum appellatione comprehenditur fustes, lapides, & omne id q̄ nocere potest: q̄ sing. intelligo hic esse verū improprie sed non proprie glo. est singulariter notanda in Cl. r de sta. mo. super verbo arma. quam singulariter dicit not. Ang. in. §. ex maleficiis. instit. de act. in. 6. col. idē Ange in §. re cuperande. instit. de interdi. Adde tu limitando hūc textum, nisi in statu de armis: quia fustes, lapides & similia nō comprehenduntur. gl est de hoc sing. in Clemen. t. §. nos eorum. in ver arma. extra de sta. mo. de quo per Are. in suo tracta malefici. in gl. in ver. armatus. & per Lud Pot. in l. i. §. occisorū. §. ad Sila.

* aliò.

† Iste text. est singularissimus ad hoc quod defensio rerum & personæ est permiffa cui conxor. glo. in §. quod vero. instit. de iure natu. gen. & ciuili quod dictū est adeo verum, vt qui potest se defendere, & non facit: nō defendens pecat. c. non in ferenda. 23. qu. 3. & c. fi. & c. quantæ. cum glo. & doct. extra de sent. excom. & c. 3. q. 1. c. nulli. & c. & si non potest aliter defendat se clamore: vt in. 2. §. hoc autem. ad Sila. & glo. in alleg. c. quantæ. Bolog. * Intra duas horas, vt in libro 60. Ba. m. dicitur.

perandi naturalem. Nec ob. l. illa qui poss. quia reuertitur in pri-
stinam causam quo ad naturalem: vel quatenus de facto est extra. **A**
ciuilis autem non amittitur: sed perseverat eadem. Item non ob.
quod biduo vel plus ibi moratur in talibus: quia sic est opus in ta-
libus. nam & propter aduocatum datur dilatio: ^a vt supra ex qui-

a] Tu limita hoc dictum nisi esset aduocatus diu moraturus: quia tunc non daretur dilatio: imò que rat pars a iu aduocatum. ita not. Bart. in l. ait prator. §. fin. per illum text. s. ex quib. cau. ma. & in l. fi. in fi. de vac. rone. & melius in l. sed si vnus. §. quod autē. de inur. & Feli. c. i. in princ. extra vt lite nō cō testa. de quo not in apo. st. ad lac. Rebuffi in l. vnica nu. 2. in verfi. cau. sam. Cod. de sent. aduer. fiseum latis. retrac. li. 10. & in l. omnes iudices. in princ. vbi etiā notat i. apost. i. ver. Andreas de Barul. C. de dila. eo. ti. & i. Apost. l. ad Lafran. in c. quoniam con tra fallam. §. dilacione. extra de p. ba.

quod procurator fecit. Idem dicendum est in familia domini. Bartolus.

Cum procurator armatus ve-
nit, ^a & ipse dominus armis de-
iecisse videtur: siue mandauit: siue
(vt Iulianus ait) ratum habuit.
Hoc & in familia dicendum est.
Nam cum familia sine me ^b ar-
mata venit: ^c ego non videor ve-
nisse, sed familia: nisi iussi, vel ra-
tum habui. ^d Hoc interdictum
etiam aduersus eum proponitur,
qui dolo malo ^e fecit quod quis ar-
mis deiiceretur. Et post annum ^f
reddetur in id quod peruenit ad
eum qui prohibuit.

Hic incipit exponere quando interdictum istud detur fructuario. supra vero dixit quādo pro rei proprietate.

Vnde vi interdictum necessarium ^g fuisse fructuario ^h appa-
ret, si prohibeatur vti frui vsufructu fundi.

Hoc interdictum competit contra eum qui prohibet frui fructuario qui iam vti frui inceperat, non cōtra eū qui ab initio prohibuit ne frueretur. Et pertinet hoc interdictum ad res immobiles, nō ad res mobiles: & competit etiam vsuario, sicut vsufructuario. h. d. v. que ibi, qui vsufructus.

Vti frui autem prohibuisse is vi-
detur, qui vi deiecit vtem &
fruentem: aut non admisit, ⁱ cum
ex fundo exisset non vsufructus
deferendi causa. Cæterum si quis
ab initio volentem incipere vti
frui, prohibuit: hoc interdictū lo-
cum non habet. ^k Quid ergo est?
Debet fructuarius vsufructum
vindicare. ^l Pertinet autem hoc
interdictū ad eum qui fundo vti
frui prohibitus est. Pertinebit etiā
ad eum qui ædificiis uti frui pro-
hibetur. Consequenter autem di-
cemus, ad res mobiles ^m hoc in-

l Vindicare. Sed quomodo vindicat, si nūquam possedit? Respon-
dit fuit relictus in vltima voluntate: vt supra quemadmo. ser. amit. si
partem. §. si. vel etiam inter viuos: sed cepit aliquando possidere,
& postea desit. si autem non fuisset inductus in possessionē, tunc
agitur ex stipu. vel ex contractu ex quo constitutus est.

terdictum non pertinere, si quis
vti frui prohibitus est re mobili:
nisi si rei soli accedebāt res mobi-
les. Si igitur ibi fuerunt, ⁿ dicen-
dum est etiam ad eas referri hoc
interdictum debere. Item si non
vsufructus, sed vsus sit relictus: cō-
petit hoc interdictum. Ex quacū-
que enim causa ^o constitutus est
vsufructus vel vsus, hoc interdi-
ctum locum habebit.

Capite minuto vel mortuo fructuario qui prohibitus est vti frui, competit hoc interdictum heredibus fructuarij, & cōtra heredes prohibētis actio in factū ad damnum præteritum refarciendum, non ad constituendum vsufructum: quia extinctus est morte vel capitis deminutione fructuarij. h. d. ll. seq. propter suam breuitatem non summantur.

Qui vsufructus nomine quali-
terqualiter ^p fuit quasi in posses-
sione: vtetur hoc interdicto. Sed si
quis posteaquam prohibitus est,
capite minutus sit, ^q vel mortuus:
rectē dicitur heredibus & succes-
soribus competere hoc interdi-
ctum: non vt in futurum consti-
tuatur ^r vsufructus: sed vt præter-
ita causa & damnum præteri-
tum ^s farciatur. Heres quoque si-
mili modo debebit in factum a-
ctionem suscipere in id quod ad
se peruenit. ^t

III. IDEM libro decimo.
ad Edictum.

S I vi me deiecerit quis nomine
municipum, ^u in municipes
mihi interdictum reddendum
Pomponius scribit, si quid ad eos
peruenit. ^x

V. IDEM libro vndecimo
ad Edictum.

S I rerum ^v tibi possessionē tra-
didero, dicit Pomponius vnde
vi interdictum cessare: quoniam
non est vi deiectus, qui cōpulsus
est in possessionem inducere. ^z

lam deiectionem: & tunc tenentur in solidum: vt. §. eo. l. j. §. quo-
tiens. aut non: & tunc non: ideo tenentur interdicto: vt. §. eo. l. cum
à te. sed dic vtili, non directo: vt & aliās. §. eod. l. j. §. si filius. & §. si
quis tamen. & arg. §. quod me. cau. l. si cum ex. §. in hac. Vel subau-
di hic maxime: & dic quod mādauerunt, vel ratum habuerūt mu-
nicipes. & fa. C. vnde vi. l. meminerint.

S I rerum.] CASVS. Metu coactus dedi tibi rem meam, non ha-
bet locum hoc interdictum, sed act. quod metus causa. Fran.
Y Si rerum. aliās incipit, si metu. & aliās. si rerum tibi possessionē
vi tradidero. & tunc dic vi, scilicet compulsua.

Z Inducere. non ergo pro vi compulsua locum habet hoc inter-
dictum, sed act. quod me. causa: vt supra quod me. cau. l. metū. iij.
§. sed & si per vim. & l. si mulier. §. qui possessionem.

I N interdicto.] CASVS. In interdicto vnde vi, sit condemnatio
in interesse agentis: quod est quando vltra rei æstima. quid
Y iij

m Ad res mobiles. vt ti-
gna & similia quæ ibi
habebat.

n Fuerunt. scilicet in æ-
dificio. idēmq; si in do-
mo essent: vt. §. eo. l. j. §.
si fundus.

o Quacunque enim cau-
sa. testamento, vel inter
viuos.

p Qualiterqualiter. aliās
qualitercumque. Acc.

q Minutus sit. maxima
vel media capi. de olim
etiam minima: vt. C. de
vsufruc. l. corruptionē.
& institu. de acquir. per
arrogā.

r Constituitur. quia ex-
tinctus est cap. de. vel
morte. secus si non v-
tēdo propter ipsam de-
iectionem: vt infra eo.
si plures. in princip. & l.
si de fundo. & supra de
vsufruct. l. cuiuscūque.
Accursius.

s Præteritum. id est fru-
ctus percepti & etiam
percipiendi veniant in
diem finiti vsufrui. non
post: vt & supra de vsu-
fru. qui vsufructum.
§. si. & l. quæsitum. & l.
cuiuscūque. An autem
ipsa quasi possessio res-
tituatur? Respon. forte
sic: licet cito per domi-
num possit ei auferri. nā
est momentanea: vt. C.
eo. l. vnde vi. & l. mo-
mentanæ.

t Peruenit. sic supra eo.
l. j. in fi. & l. iij. in prin.

S I vi me.] CASVS.
Aliquis nomine mu-
nicipij me deiecit de
fundo. tenetur munici-
pes hoc interdicto. Frā-
ciscus Accursius.

u Municipum. qui sint
municipes, habes. j. ad
muni. l. j. & fa. §. de do-
lo. sed si ex dolo. §. j. &
quod me. cau. l. metum.
iij. §. j. & §. de acquiren.
posse. l. ij. Accur.

x Ad eos peruenit. sed
obiicitur. aut munici-
pes habuerunt ratam il-

enim si deiecisti me de fundo in quo erant serui mei, & eos seruos per hoc amisi, quos volebam propter aliquam causam torqueri: vel erant heredes instituti: & sic heredi. amisi? certe hoc totum damnum aestimatur. Franciscus.

a *Videri. i. aestimari.*

b *Minus. non dicit minus rei vera aestimatio. ne. hoc enim non est: ut infra de furt. l. si vendidero. §. cum autem. loquitur ergo sic, quia ultra rei pretium extenditur interesse quandoque in maiorem summam: quandoque in minorem, secundum Azo. & facit supra eo. l. j. §. qui autē. & quod ibi not. Et hoc interesse probabitur iuramento in litem contra dolum, vel contumacem inuaforem nolentem restituere: ut & supra de rei vind. l. qui restituere. in fin. & infra quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto.*

c *Hominem. qui erat in possessione inuafa ascriptitius, vel seruus, vel colonus: ut. §. eo. l. j. §. si fundus. & §. rectissime. Vel dic. quod inducit simile in homine seruo: puta rapto, qui actione vi bo. rapto. repetitur: ut quasi idem sit & hic. Accursius.*

d *Quanti is est. id est valet homo.*

e *Habenda. in seipso de aliquo facinore: & quod subiicit, probanda, scilicet in alium. ad quod est supra ad exhiben. l. fin.*

f *Adeunda. ad quod est infra de fur. l. si quis vxori. §. penult.*

C *Vm à te.] CASVS. Deiecisti me de fundo: & alius postea te deiecit. habeo hoc interdictum contra te, & contra illum. Secundo dicit: hoc interdictum datur etiam non domino deiecto de fundo quem possidebat. & hoc dicit hæc. l. & seq. Franc. Acc.*

g *Possidere. vi vel sine vi: non curo.*

h *Non possum. ad quod fa. §. eod. l. j. §. qui vi à me. & §. de acquir. poss. l. fin. & §. tit. j. l. j. §. fin. & §. de vsuca. l. sequitur. §. si tu vi me. & §. si serui. vind. l. loci corpus. §. competit. nisi forte cum fueras non soluendo: ut in arg. contra infra de furtis. l. itaque. circa prin. Item facit. C. si certum peta. l. non vnde. Accursius.*

i *Vlcinius. vel. pro &: vel pro saltem.*

k *Possideret. large accipe, id est detineret: ut & §. eod. l. j. §. quod autem ait. & fa. §. de vsuca. l. sequitur. §. si tu vi me. Accur.*

S *I plures.] CASVS. Deiecisti me de fundo meo: & cepisti possidere. decedis postea relictis pluribus heredibus. quilibet heredum tuorum in id quod ad eum peruenit, tenetur: & si totum ad vnum peruenit, in totum ille tenebitur. Secundo dicit: habebam vsumfru. in fundo tuo: deiecisti me de possessione prædicti fundi, & sic eum non vtendo & fruendo amisi. dicitur quod agam hoc interdicto per quod compelleris restituere, id est constituere vsumfru. in pristinum statum à quo sui deiectus. Franc.*

l *Heredes. scilicet violenti. Accursius.*

m *Ex parte. fa. supra commoda. l. iij. §. heres. & l. in commutato. §. ij. & infra de præto. stipulatio. l. ij. §. sed & si vnus. & supra de rei vind. si possessor. & supra quod metus cau. l. quod diximus. §. fin. & supra de edendo. l. si quis ex argentariis. §. cogentur. & infra de aqua quotidiana. & estiu. l. j. §. competit. & infra quod vi aut clam. semper. §. hoc interdictum.*

n *Deiectum. per proprietarium deiicientem, ut subiicit.*

o *Ab vsufru. qui est quasi possessor iuris. ADDITIO. Istam glo. iuncto suo tex. reputat Bart. sing. ex qua not. quod licet fructuarius rem naturaliter possideat: ut. l. naturaliter supra de ac-*

quir. poss. tamen ius vsufru. quasi possidet ciuilitè & naturaliter. & meliorem glo. h. in. l. air prætor. §. item ei. in verbo, quasi supra ex qui. cau. ma. secundum eundem Bart.

p *Restituere. aliàs sustinere: aliàs restituere.*

q *Si tempore. secus si alio modo: ut supra eo. l. iij. §. penult.*

r *A domino. id est proprietario.*

s *Restitui. etiam post annum: cum ad eum peruenit: quia reuersus est ad proprietatē. vnde secus esset si alius deiecisset: quia intra annum teneretur in solidum: sed post in nihilum: cū nihil ad eum peruenisset, sed ad proprietatem rediisset: ut §. eo. l. j. in princ.*

t *Iterum constituere. facti, non iuris varietatē notat verbū iterū. Sed quæ gloss. est hæc? Respon. bona: quia quod remissum est, restitui non potest: quod videbatur ex verbo restituere: sed de nouo aliquis constituitur priori omnino consimilis. & facit. §. ad. l. Aquil. l. item Mela. §. fin. & l. seq. & supra de vsufru. l. cuiuscunque. in princ.*

u *Si de fundo.] CASVS.*

S *Habebam proprietatē in fundo. tu in eodem vsufru. habebas. deiecti sumus ambo de poss. fundi: & tu non vtendo siue fruendo amisisti vsufru. si agam interdicto: siue ego solus: siue tu mecum: recuperabo fundum in plena proprietate, id est cū vsufru.*

nec teneor constituere vsufru. tibi: sed tu tuo interdicto ages contra deiicientem ad interesse. Franc. Accursius.

u *Proprietarium. necnon fructuarius. nam si solus pro prietarius esset expulsus, & non fructuarius: non dabitur interdictum proprietario, quasi per fructuarius retinuerit possessionem: ut supra eo. l. j. §. si quis vi me. secundum quosdam. vel ibi in eis dicit qui pro me possident: fructuarius autem non pro domino, sed pro se, id est suo iure possidet.*

x *Constituto tempore. scilicet. x. vel. xx. annis: ut. C. de vsufru. l. corruptionem. & de serui. & aqua. l. sicut. Sed quomodo postea poterit agere fructuarius interdicto, cum deiiciens non teneatur post annum nisi de eo quod ad eum peruenit: & vsufru. reuersus est ad proprietatem, ut hic, & dixi supra. l. proximi? Respon. pone eum fuisse litem contestatum intra annum. Vel dic quod loquitur hic secundum iura vetera, quando peribat vsufru. anno vel biennio: ut. d. l. corruptionem. C. de serui. & aqua. in princ. & annus huius interdicti potest extendi longe ultra, cum sit vtilis: ut supra eod. l. j. §. annus. Vel melius, cum possit extendi hic annus valde ultra decem vel viginti annos: nō exigo quod hic loquatur secundum vetera iura: vel quod fuerit lis contesta. secundum H. quod ultra possit extendi, patet infra de diuer. & tempo. præscript. l. j.*

y *Non experiatur. scilicet cum fructuario: sed ipse solus.*

z *Retinere. id est non cogendus est de nouo concedere. & hoc cum extraneus inuasit. secus si dominus: ut. §. l. proximi. in fin.*

a *Ad damnum. Sed quid si prædo non est soluendo? Respon. agit contra proprietarium ut constitatur de nouo. arg. supra de eo per quem fa. erit. l. fin. & supra. l. proximi. in fin. & supra de fundo. l. si maritus. ij. secundum quosdam. Sed B. & H. contra. Sed eis oppo. amissum per flumen restituitur: ut supra quibus mo. vsufru. amit. l. si ager. sed respon. hic fuit vtile: ibi non. Item hic agere potuit: ibi non à flumine recuperare, nisi eo recedente. & facit supra si certum peta. l. periculum.*

Vim facit.]

Vim facit.] CASVS. Loquitur hæc. l. de vi inquietatiua, & sic parum facit ad titulum. & casum sic pono: Franciscus qui non finit possidentem vti & frui suo arbitrio: dicitur vim face-

XI. POMPONIVS libro sexto ex Plautio.

Vim facit, qui non finit possidentem eo quod possidebit, vti arbitrio suo: siue inferendo, siue fodiendo, siue arando, siue quid ædificando, siue quid omnino faciendo, per quod liberam possessionem aduersarij non relinquit.

Colonus non admittes emptorem fundi, habet interdictum contra deiciendum si deiectus sit: & dominus habet interdictum contra colonum non admittentem emptorem. Bartolus.

XII. MARCELLVS libro nono decimo Digestorum.

Colonus eum cui locator fundum vendiderat, cum is in possessionem missus esset, non admittit: deinde colonus vi ab alio deiectus est. quærebatur quis haberet interdictum vnde vi. Dixi nihil interesse, colonus dominum ingredi volentem prohibuisset: an emptorem, cui iussisset dominus tradi possessionem, non admittit: igitur interdictum vnde vi colono competitur, ipsumque simili interdicto locatori obstrictum fore: quem deiecit tunc videretur, cum emptori possessionem non tradidit: nisi forte pro iustam & probabilem causam id fecisset.

Damnatus interdicto vnde vi, vel quolibet alio interdicto, infamis non fit: scilicet infamia iuris. Franciscus. Accursius.

XIII. VLPPIANVS libro octavo ad Sabinum.

Colonus.] CASVS. Locauit fundum cuiusdam rustico, puta Gualengo Vituperabili colono nostro. postea istum fundum vendidit Titio, & ei permisi ut intraret poss. fundi quando vellet. & cum intrare vellet emptor, rusticus siue colonus, quod idem est, non permisit eum intrare. postea colonus deiectus est de pos. fundi à quodam extraneo. dicitur quod habeo interdictum vnde vi contra colonum ob hoc quod non admittit emptorem, quasi per hoc me deiecit videatur: nisi iustam causam retinendi habeat: puta impensarum. Item ipse colonus habet interdictum vnde vi contra deiciendum. Franciscus. Accursius.

b Non admittit. emptorem, vel etiam alium nomine domini eundem: vt & infra eo. l. cum fundum. & supra de relig. offa. §. fin. **c** Competiturum. contra eum qui vi deiecit colonum. Accur. **d** Ipsumque. colonum. **e** Simili. aliàs simili: & aliàs similiter. & fa. supra loca. l. si merces. §. qui fundum. & supra ne vis fiat ei. l. j. §. hæc actio. & infra titu. j. l. si duo. §. cum inquilinus. **f** Propter iustam. expensarum forte: vt supra de acquir. pos. l. si quis rem. & C. eo. l. non ab re. & supra loca. l. si colonus. & argu. infra de fur. l. qui iniuriarum. §. fin. & supra de pign. act. l. si necessarias. in princ. vel ignorantia: quia ignorabat dominum hoc velle, vel illi vendidisse. Idem dicunt quidam si propter iniuriam id faciat animo interuertendi. quod non placet: quia iam sic non haberet locum hæc lex, cum semper faciat prauo animo, cum non reddat ei à quo habet: vt. C. eo. non ab re. & C. de loca. l. si quis conductionis. licet ergo male faciat, quia non reddit, & sic puniatur: tamen priuatur dominus posses. bono vel malo

animo faciat. Accursius.

g Neque vnde vi. Famofum. id est, non efficitur infamis infamia iuris damnatus aliquo interdicto: de facto tamen infamant quædam: vt vnde vi, & quod vi aut clam. & ideo in parentem vel patronum non dantur: vt supra eod. l. j. §. hoc interdictum. & s. de obsequiis. l. licet. & fa. infra de act. & oblig. l. cessat.

Neque vnde vi, neque aliud interdictum famosum g est:

Etiam vi vel clam possides, si deiectus fuerit, est restituendus. Bar.

XIII. POMPONIVS libro vicen-simonono ad Sabinum.

Sed si vi armata deiectus es: sicut ipsum fundum recipis, etiam si vi aut clam aut precario eum possideres: ita res quoque mobiles omnimodo recipies.

Non liberatur deiciens, licet possessionem perdat sine dolo: quia vitiose possessionem adeptus erat. Bartolus.

XV. PAVLVS libro tertio decimo ad Sabinum.

Si vi me deieceris, vel vi aut clam feceris: quamuis sine dolo & culpa amiseris possessionem, tamen damnandus es quanti mea interfit: quia in eo ipso culpa tua præcessit, quod omnino vi deiecisti, aut vi aut clam fecisti.

XVI. VLPPIANVS libro vicen-simo octavo ad Edictum.

In interdicto vnde vi dicendum est, vt eius causa quod ad patrem peruenit, ipse teneatur.

XVII. IULIANVS libro quadragen-simo octavo Digestorum.

Qui possessionem vi ereptam, vi in ipso congressu recuperat: in pristinam causam reuertitur potius, quam vi possidere intellegendus est. Ideoque si te vi deieceris, ilico tu me, deinde ego te: vnde vi interdictum tibi vtile erit.

Interdictum recuperanda possessionis concurret cum petitorio. Bartolus.

In interdicto.] CASVS. A filiofamilias tuo deiectus sum vi. ad id quod ad te ex hoc peruenit, teneberis. Franciscus.

m Ipse teneatur. scilicet filius, ad quod est supra. l. proximi. vel ipse, scilicet pater, ad quod est supra de pecul. licet. §. ex furtiua causa. & ad vtranque facit supra. l. j. §. si filiusfamilias.

Qui possessionem.] CASVS. Tu deiecisti me per vim de fundo. Ego incontinenti eum per vim recuperaui. non punior. Secundo dicit: vi te deieci: tu illico me, & ego te. bene teneor hoc interdicto. Franciscus.

n Congressus. in est in ipso conflictu.

o Causam. id est in pristinam detentionem. sic ergo qui possessionem incontinenti recuperat, fingitur non amississe, secundum Azo.

p Quam vi possidere. id est quam possessionem vi adeptus esse. & sic videtur quod vsuca. non interrumpitur per talia. Sed arg. contra supra de vsuca. l. naturaliter. item fa. supra de liber. & posthu. l. filio quem. ibi, videlicet quod non translatus, &c. vt instit. qui. mo. ius pa. pot. sol. §. si ab hostibus.

q Vtile erit. id est efficax. sed pone quod te vi deieci: tu incontinenti recuperasti. an perdo ius meum? hæc lex innuit quod non. nam iniuria effectum non habuit: vt supra quod quisque iur. l. j. in fin. Item si ex interuallo recuperas: an perdo condic. ex. l. si quis in tantam. C. vnde vi. quam habebam saltem ad pœnam: & potes addere quod not. supra. l. iij. §. cum igitur.

Sed si vi.] CASVS. Ego vi armata deiectus sum de fundo quem possidebam vitiose, puta vi, vel clam, vel precario. recuperabo ipsam posses. & res mobiles si quas amisi ex hac deiectione. Franciscus.

h Deiectus es. forte etiã ab eo à quo vitiose possidebas. Azo. vt & instit. de interdi. §. recuperanda.

i Possideres. & aliquis te deiecit: vt & supra eo. l. j. §. qui vi à me. & l. cum à te. Accur.

k Quoque. vt & supra eo. l. j. §. si fundus à quo. sed contra. huic. l. supra communi diu. l. communi diuidido. j. §. iij. vbi dicit precaria possessionem non pergere ad vigorem iudicij. Solut. ibi non parit iudicium communi diu. sed interdictum vnde vi parit: vt hic.

Si vi.] CASVS. Tu me deiecisti de fundo quem possidebam: vel vi aut clam feceris, & eum fundum desisti possidere, licet sine dolo & culpa: tamen teneris quanti mea interest. Franciscus. Accur.

l Fecisti. facit supra eo. l. j. §. rectissime. & §. quia interdictum. & infra eo. l. pen. & §. quod vi aut clam. l. competit. §. in summa. Item facit. supra de minor. l. si ex causa. §. si mulier.

l Fecisti. facit supra eo. l. j. §. rectissime. & §. quia interdictum. & infra eo. l. pen. & §. quod vi aut clam. l. competit. §. in summa. Item facit. supra de minor. l. si ex causa. §. si mulier.

Interdicta quædam de facto infamant.

Cōcor. gl. in e signifi-cauerunt. & ibi not. Pan-nor. extra de testa & in c. qu'a. de iudi. fac. c. quere-lam. de cle. in anti.

non repel-leris hac ex-ceptione, nisi à me vi possidebas, &c.

* Posside-bar.

Cvm fundus.] **CASVS.** Locauit tibi fundum : & eum postea Titio vendidi, & concessi eum intrare in pos. fundi. cum Titius vellet intrare, tu eum prohibuisti. agam contra te interdicto vnde vi : quia per hoc videor prohibitus. & si emptor expellat colonum de fundo : tenebitur emptor, etiam si expulit colonum de voluntate siue mandato venditoris. Vltimo dicit : expulisti me de fundo. habeo interdictum hoc contra te. Accursius.

* de interd.
dictis.

a *Instit.* locator, idemque venditor.
b *Quem.* emptorem.
c *Colonus.* prius etiam male cogitans : vt infra patebit.
d *Interfesset.* vt & supra eo. l. colonus.
e *Ipsium.* s. venditorem.
f *An alium.* emptorē.
g *Missum.* id est mitti iussum vel mittendum.
h *Neq; enim.* vere enim venditori competit interdictum, quia adhuc possidebat tempore quo colonus non admisit emptorem : licet colonus prius cogitasset sibi possidere : vt & C. de adquiren. pos. cum nemo. Item patet per hoc quod domino datur interdictum : quod ei non daretur, nisi tempore quo emptor non admittitur, possideret : vt & supra eo. l. j. §. interdictum autem hoc. Non ergo solus coloni animus dominum priuat : vt dictum est : & hoc patet. sed si colonus deserat eo animo vt dominus perdat, bene perdit dominus naturalem : vt supra de acquir. poss. l. si colonus. & diximus. C. commu. de vsucap. l. j.

i *Videri.* dominum.
k *Tradita.* à domino vel à colono.
l *Quia.* & quasi non videatur amissa, quia nemo, &c.
m *Nemo.* dominus.
n *Quam.* possessionem.
o *Non fuisse.* cum ergo venditor possessionem non amiserit : is à colono videtur deiectus. & facit. §. de acquir. pos. l. si me in. sed contra in eodem tit. quod meo. §. si à furioso. Accursius.
p *Postea.* ex interuallo. secus si incontinenti : quia sicut domino licet per se incontinenti recuperare possessionem : vt. §. eo. l. iij. §. eum igitur. & l. qui possessionem. sic & per alium. ^a vel secundum Ioan. non licet ei per alium hoc facere. sic. §. de sol. l. fugitiuus. & C. de thesau. l. j. lib. x. & facit. §. eo. l. j. §. qui vi à me.
q *Non enim.* ideo dico venditori contra colonum competere interdictum : quia non ab ipso. scilicet emptore, sed, &c.
r *Possessum.* à colono.
s *Debeat.* vt non teneatur interdicto. Accursius.
t *Voluntate.* scilicet etiam expressa. Accursius.
u *Illicitum.* vt & instit. de manda. §. illud. Azo.
x *Vindicauit.* rei vind. proposita.
y *Iudicio.* rei vindica.
z *Interdicto.* vnde vi. & sic hoc. hic quod petitorium & possessorium recuperandæ pos. simul possunt intentari : quod iure canonum planum est : vt extra de causa pos. & proprie. c. pastoralis. ^b Item pro hoc, quia ad diuersa competunt : vt. §. de acquir. pos. l. naturaliter. §. j. Item non aduersantur sibi istæ petitiones : sed se compatiuntur : item quia non debet diuidi contentia causæ : vt C. de iudi. l. nulli. sed Ioan. & Azo contra. scilicet quod etiam interdictum recuperandæ possessionis vel adipiscendæ non possit simul. scilicet cum petitorio intentari : & pro eis. C. de interdictis. l. incerti. & de rei vindic. l. ordinarij. & de iudi. l. nulli. & supra de leg. ij. l. cum filius. §. variis. Sed quomodo huic respondetur, quæ

XVIII. PAPINIANVS libro vicensimo sexto Quæstionum.

Cvm fundum qui locauerat, vendidisset, iussit ^a emptorem in vacuum possessionem ire : quem ^b colonus ^c intrare prohibuit. postea emptor vi colonum expulit. interdictis ^{*} vnde vi quæsitum est. placebat colonum interdicto venditori teneri : quia nihil interesset, ^d ipsum, ^e an alium ^f ex voluntate eius missum ^g intrare prohibuerit. Neq; enim ^h antè ommissam possessionem videri, ⁱ quàm si tradita ^k fuisset emptori : quia ^l nemo ^m eo animo esset, vt possessionem omitteret propter emptorem, quam ⁿ emptor adeptus non fuisset. ^o Emptorem quoq; qui postea ^p vim adhibuit : & ipsum interdicto colono teneri. Non enim ^q ab ipso, sed à venditore per vim fundum esse possessum, ^r cui possessio esset ablata. Quæsitum est, an emptori succurri debeat, ^s si voluntate ^t venditoris colonum postea vi expulisset. Dixi non esse iuuandum, quia mandatum illicitum ^u suscepit. Eum qui fundum vindicauit ^x ab eo cum quo interdicto vnde vi po-

ndicit, pendente iudicio, &c : Sed dicunt quod hic renuntiauit petitorio. sed qualiter? Imò est causa finita omnino renuntiatione : vt. C. de pact. l. postquam. Sed dicunt, imò nec sic est finita. scilicet si reus vult dari sententiam : vt in authen. de litig. §. omnem. col. viij. Alij tenentes eandem opinionem respon. huic. l. quia differt agere petitorio, & prosequitur tantum possessorium, quod de nouo proponitur : & sic non simul agit vtraque via. & fa. infra de except. rei iudic. l. & an eadem. §. fina. & §. de rei vindic. l. is qui. & quod not. §. de iudi. l. si de vi. Accur.

Ad violentum expulsorem pertinet periculum interitus indistincte. Bartolus.

XIX. TRYPHONINVS libro quindodecimo Disputationum.

Merito Iulianus respondit, si me de fundo vi deieceris, in quo res mouentes fuerunt, cum mihi interdicto vnde vi restituere debeas non solum possessionem soli, sed & ea quæ ibi fuerunt : quanquam ego moram fecero ^a quo minus interdicto te conuenirem : subtractis tamen mortalitate seruis, aut pecoribus, aliisque rebus casu intercidentibus, tuum tamen onus ^b nihilominus in eis restituendis esse : quia ex ipso tempore delicti plus quam frustrator ^c debitor constitutus est. †

XX. LABEO libro tertio Pithanon à Paulo Epitomatorum.

Si colonus tuus vi deiectus est : ages vnde vi interdicto. Idem si inquilinus tuus vi deiectus fuerit. Paulus. Idem dici potest de coloni colono, ^d ite inquilini inquilino.

condi. furt. l. antepen. nec distinguitur, erant peritura apud deie-

ctum, vel non : vt hic & præmissis legibus patet.
Retor ait.] CA SVS Si per riuum tuu. vel specu. vel septa. duxi aqua priore ætate nō vi. nō clam. nō precario: & nunc volo reficere: prætor phibet vim fieri quo minus reficiã. vel purgẽ. Postea loquitur Vlpia. & dicit quis sit riuus. & specus. & septa. & quid sit incile. & quid sit reficere & purgare: & intelligas de refectioe que fit causa aqua ducendæ. nec est vis habeã ferui. ducedi. an non. sed sufficit me fuisse vsum ductione aqua nō vi. nō clam. nō precario. [S I Q V I S T E R R E N V M.] Riuu terrestre volo facere lapideu. nō possu. idẽ si per aliu locu quam per consuetu volo ducere aqua: nō possum. idẽ si riuu vellem deprimere. vel extollere. vel dilatare. vel apertum cooperire. vel econtra: non possum. & hoc dixit Ofilius. Vlpianus autem prædicta confirmat. excepto eo qui aperit riuum prius coopertum. vel econtra. nam hoc potest facere. nisi dominus fundi ex hoc lædatur: vt quia oues suas erat consuetus mandare ad bibendum in isto riuo: nunc non posset si cooperiretur. idem si simile damnum habeat dominus. & hoc etiam dixit Labeo: & etiam Pomponio non placet. quia per hoc dominus soli perdat. & expone hanc litteram vt in glo. Seruius autem dixit nō posse me aperire coopertum riuum. & econtra. si maiorem vtilitatem dominus ostēdat. nisi causa aqua conseruandæ. ne defluat vltra riuum. faciã. & hoc dictum Seruii confirmat Vlpia. & h. d. hic. §. cū. l. seq. & prin. seq.

- e Riuos. hoc exponitur statim. Accur.
- f Vti. id est sicut. Accur.
- g Hoc interdictu. & facit. s. cōmu. præd. l. refectiois. in prin. & §. j.

VIII. SCÆVOLA libro singulari de av.

Cvi per fundum iter aqua debetur: quacunq. vult in eo riuum faciat licet: dum ne aqueductum interuertat. d

DE RIVIS.

TITVLVS XXI.

Diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur edictum. Secundò commendatio edicti. Tertio explanatio ipsius edicti. Quarto apantur quæstiones ad ipsum edictum. secunda ibi. hoc interdictu. tertia ibi. ait ergo prætor. quarta ibi. hoc interdictum competit. vide bene text.

I. VLP IANVS libro septuagesimo ad Edictum.

Prætor ait: Riuos. specus. septa reficere. purgare aqua ducendæ causa. quo minus liceat illi. dum ne aliter aqua ducat quam vi priore ætate non vi non clam non precario a te duxit. vim fieri veto. Hoc interdictum vtilissimū est. Nam nisi permittatur alicui reficere. alia ratione vsu incommodabitur.

Ait ergo prætor. h Riuum. specus. i Riuus est locus per longitudinem depressus. quo aqua decurrat: cui nomē est ἀπό τοῦ ρῆν. † Specus autem locus est. ex quo despicitur: k inde spectacula sunt dicta. Septa sunt. quæ ad incile l opponuntur aqua deriuandæ compellendæve ex flumine causa: siue ea lignea sunt. siue lapidea. siue qualibet alia materia sint ad continendam transmittendamque aquam excogitata. m

Incile est autem locus depressus ad latus fluminis: ex eo dictus. quod incidatur. Inciditur

h Ait ergo prætor. quia vilissimum: ergo proponendum. Azo.

i Specus. indeclinabile nomē. imò inuenio specum: vt. j. eo. Seruius. in prin. & est specus locus altus supra terram ædificatus. ex quo ducitur aqua: vt. j. eo. Seruius. quandoq; tamen ponitur pro fossa qua recipitur & colligitur aqua: vt. s. de aqua plu. arc. l. supra. Item sic & in auditoribus ponitur quadoq; pro loco vmbroso & tenebroso solis. secundum Azo. H. dicit specus esse vt si quis faciat foueam. & sic vndique locum eminentiorem. vnde possit prospici aqua in fundo collecta: vt ponitur. d. l. supra. aliàs pro subterraneo meatu: vt. j. l. Seruius. in prin. & §. j.

Spec° varia significat.

enim vel lapis vel terra. vnde primum aqua ex flumine agi possit. Sed & fossa & putei hoc interdicto continentur. Deinde ait prætor: reficere. purgare. Reficere est. quod corruptum est in pristinum statum restaurare. Verbo reficiendi. tegere. p substruere. q sarcire. r ædificare. f item aduehere. t adportareque ea quæ ad eandem rem opus essent. continentur. Purgandi verbum plerique quidem putant ad eum riuum pertinere. qui integer est: & palam est. & ad eum pertinere. qui refectioe indiget. x Plerumque enim & refectioe & purgatione indigent.

Aqua. inquit. y ducendæ causa. Merito hoc additur. vt ei demum permittatur & reficere & purgare riuum. qui aqua ducendæ causa id fecit. Hoc interdictum competit etiam ei qui ius aqua ducendæ non habet: z si modo aut priore ætate. aut eodem anno aquam duxerit: cum sufficiat non vi. non clam. non precario duxisse. Si quis terrenum riuum signinum. a id est lapideum. facere velit. videri eum non recte hoc interdicto vti. Non enim reficit qui hoc facit: & ita Ofilio videtur. Proinde & si per alium locum b velit ducere: impune prohibetur. sed & si eundem riuum deprimat. vel adtollet. c aut dilatet. vel extendat. vel operiat apertum. vel contra. d Ego cæteros e quidem impune f prohiberi puto: at enim eum qui operiat apertum. vel contra. eum non puto prohibendum: nisi si quam maiorem vtilitatem suam aduersarius g ostendat.

II. PAVLVS libro sexagesimo sexto ad Edictum.

tus vt aqua non vegetur. si autem fundum riuui velit de terreno lapideum facere. non potest: vt hic. Accur. b Alium locum. id est si alium locum non feruientem velit reficere. vel per alium locum non feruientem ducat aquam: bene poterit prohiberi. c Vel adtollet. id est exaltet. d Vel contra. repete. impune prohibetur. & facit. j. titu. iij. l. iij. §. pe. sed contra. s. communia præd. l. refectiois. §. j. ibi. depressurum vel alleuaturum &c. Solu. ibi magnam vtilitatem consequatur si deprimebat riuum. vel alleuabat. hic non. vel sol. vt ibi. & facit. s. ne quid in lo. publi. l. ij. §. restituas. & s. ne quid in flum. publi. l. j. §. quod autem ait. Accur. e Cæteros. qui dilatant. vel extendunt. & omnes prædictos præter operientem vel aperientem. f Impune. id est sine pœna. g Aduersarium. id est dominus soli: & per cōsequēs si fiat dānū. sed secūdu Azo. hæc ratio non valet: vt. j. l. proxi. sed certe imò contra.

† Limitabis hanc. l. per text in. l. i. in prin. & l. i. sūt qui putat. s. ne quid in fl. pu. f. nisi cū vicinorū iniuria ducatur.

* vsui.

† id est à fluendo. vide Alciat. lib. prætor. z. hoc ipso tit.

† Iste est text. melior de iure ad hoc propositu. l. vt sciamus quid sit face re vel reficere. ad quod vide Bald. in l. si vt proponis. z. C. de nup. Bolog.

* Signinum opus conficitur fractis testis cōmissis addita calce. Plin. li. 35. nat. hist. c. 12.

contra, si bene intelligatur ibi sententia Pomponij, secundum Azo.

Labeo. *Terrenum*. & sic coopertum.

Quod scilicet quod debeat aliquo modo fieri deterior conditio domini hoc ait Pomponius. sibi non placere. & sic consonat Pomponius cum Labeone: quia si fieret deterior conditio domini, non de iure fieret: sed occasione qua-

dam iniusta, vel assumpta iniusta occasione ex causa seruitutis: & ideo non est permittendum fieri, nisi ab initio, &c. ut subiicit, secundum Azo. & H. vel nisi sit maior utilitas eius cui debetur seruitus, quam damnum domini. arg. §. l. proximi in fi. vel secundum alios dic, quod. f. ut non possit cooperire apertum, & e contra. & secundum hoc Pomponius videtur contradicere Labeoni. q. d. bene poterit riuum apertum cooperire: quod intelligunt si maiorem utilitatem consequatur inde, quam in commodum inferatur domino: ut §. l. proximi in fi. & sic non contradicit, cum alio casu loquatur. sed Pomponius intellexit Labeonem simpliciter dixisse. & sic reprehendebat eum in casu quem ponit Pomponius. scilicet quando utilitatem magnam habet cui seruitus debetur. & secundum hoc exponit sequentia sic: quia, &c. q. d. non est bona ratio Labeonis: quia id commodum quod auferatur domino, magis auferatur ex occasione scilicet extrinseca, hoc est partem per quam fuit seruitus constituta: quam iure, id est occasione damni dati in fundo, pro quo damno ageretur: hic autem non agitur. & secundum hoc dic iure, scilicet quod proditum est cuique damnum suae rei emendari. vel dic secundum intellectum M. quia id commodum quod auferatur domino, magis occasione seruitutis impositae contingit, quam ex iure, id est seruitute tali, ut non liceat ei domino in suo pecus ad aquam appellere. haec enim seruitus non valeret, nisi interesset vicinorum: ut supra de seruitu. l. quotiens. vel dic secundum eundem, quia domino daretur occasio infestandi eum cui seruitus debetur, ex qualibet etiam leui causa, si nullo modo debet dominus damnificari.

Actum. facit supra de serui. rusti. praec. cum essent. §. fi.

Seruius. Hoc principium continuatur cum casu praecedenti. [SERVIUS.] Si riuum terrestrem volo lapideum facere, quia aqua non continebat prius: bene possum. & e contra possum facere: dum tamen hoc sit necessarium riuum refectio. Item nouum canalem vel fistulam possum in riuo ponere, si hoc non nocet domino fundi. Item si aqua ex pluribus locis veniens in riuum latum colligatur, & inde per plures riuos ducatur: si volo illum locum reficere, audior. Vltimo dicit: hoc interdictum competit volenti reficere riuum per quem ducit aquam, siue in priuato solo sit, siue in publ. Item siue ducatur aqua frigida, siue calida. item ad cuniculos pertinet. & quid sit, dic ut in gl. & iisdem personis datur, & contra eos quibus dantur superiora interdicta in titulo superiori posita. [SICUTIS RIVVM.] Reficienti riuum non potest nunciari nouum opus: sed contra eum potest agi in rem negatoria, per quam negetur ius ei non esse. Item reficiens riuum tenetur de damno infecto cauere. Vltimo dicit: cum vellem reficere riuum, prohibebas me portare calcem, & lapides & similia quae portabam causa reficienti riuum. competit mihi hoc interdictum. Fran.

Scribit. sententiam Labeonis male dicentis sequens, secundum quosdam: imò non sequens, secundum Azo. quia Labeo bene dixit, & Pomponius. secum consonauit. unde cum Seruius statim corrigatur, non fuit secutus bene dicentem.

Axit, & Pomponius. secum consonauit. unde cum Seruius statim corrigatur, non fuit secutus bene dicentem.

C Per specum. hic accipitur pro subterraneo meatu. aliam accipitur. §. l. j. §. specus. secundum H. vel dic locum altum, opertum tamen.

F Ducatur. & ideo est prohibendum, si maiorem utilitatem suam ostendat dominus soli. & secundum hoc non corrigitur Seruius. vel dic secundum Azo. Seruius loqui simpliciter: & sic corrigitur vel determinatur.

Labeo non posse ait ex aperto riuo terrenum fieri: quia commodum domino soli auferretur appellendi pecus, vel hauriendi aquam. quod sibi non placere Pomponius ait: quia id domino magis ex occasione, quam ex iure contingere: nisi si ab initio id imponenda seruitute actum esset.

III. VLP IANVS libro septuagesimo ad Edictum.

Seruius autem scribit, aliter duci aquam quam antea per specum ducta est, si nunc per apertum ducatur. Nam si operis aliquid faciat quis quo magis aquam conferuet, vel contineat: non impunè prohiberi. Ego & in specu contra: si non maior utilitas versetur aduersarij. Seruius & Labeo scribunt, si riuum qui ab initio terrenus fuit, qui aquam non continebat, cementicium velit facere: audiendum esse. Sed & si eum riuum qui structilis fuit, postea terrenum faciat, aut partem riuum: aequè non esse prohibendum. Mihi videtur vergens & necessaria refectio esse admittenda. Si quis nouum canalem, vel fistulas in riuo velit collocare, cum id nunquam habuerit: utile ei hoc interdictum futurum Labeo ait. Nos & hic opinamur utilitatem eius qui ducit, sine incommoditate eius cuius ager est, spectandam. Si aqua in vnum lacum conducatur, & inde per plu-

res ductus ducatur: hoc interdictum utile erit volenti reficere ipsum lacum. Hoc interdictum ad omnes riuos pertinet, siue in publico, siue in priuato sint constituti. Sed & si calidæ aquae riuus sit: de hoc reficiendo competit interdictum. Aristo & de cuniculo restituendo, per quem vapor trahitur in balneariis vaporibus, putat utilem actionem competere: & erit dicendum, utile interdictum ex hac causa competere. Iisdem autem personis, & in eisdem interdictum hoc datur, quibus & in quas & de aqua interdicta redduntur, quae supra sunt enumerata. Si quis riuum reficienti, opus nouum nunciaret: bellè dictum est, posse contemni operis noui nunciationem. Cum enim praetor ei vim fieri vetet: absurdum est per operis noui nunciationem eum impediri. Planè per in rem actionem dicendum est posse aduersus eum vindicari, ius ei non esse. dubium non est. De damno quoque infecto cauere eum debere, minime dubitari oportet.

Si quis eum exportare, vehere quae refectio necessaria sunt, prohibeat: hoc interdictum ei competere Ofilius putat. quod est verum.

III. VENULEIUS libro primo Interdictorum.

Deriuus reficientis ita interdicetur, ut non quaeratur, an

supra eo. l. j. §. proinde. versi. ego ceteros. si vero subeat damnum: tunc si maius est commodum uteris, permittitur: aliam non: ut supra eo. l. j. in fi. & haec secundum Labeonem & Pomponium intelliguntur. Opus autem quod sit causa conferuendi aquam, vel retinendi, necessario forte, sine praedicta distinctione potest fieri: ut supra proximi. respon. nam & si, &c. infra eo. proximi. §. Accursius.

M Cementicium. id est murum de lapidibus ad latus riuum, ut aquam contineat. Accursius.

N Audiendum. contra. §. eo. l. j. §. sed si quis. Sol. ut ibi. Accur.

O Structilis. id est arte hominis & manibus factus. Accur.

P Utile. nam directum datur quando iam habuit. Accur.

Q Ei hoc interdictum. non solum in aliis casibus: ut §. eo. l. j. in fi. & l. ij. & iij. in principio.

R Incommoditate. facit. §. titu. j. hoc iure. §. is qui. & supra de itinere. actumque priuati. l. iij. in fine. Accursius.

F Calida aqua. Ad quod §. de aqua quoti. & aestiua. l. j. §. idem Labeo.

T De cuniculo. per quem aqua calida ubi posuit immittitur: vel in quo congeritur, ut inde ducatur. Accursius.

V Vapor. id est aqua calida. Accursius.

X Interdicta. quae sunt tria. de quotidiana, item aestiua, item ex castello: ut §. ritu. j. l. j. in princ. & §. deinde. & §. ait praetor. §. heredes & in heredes & emptores: ut in ea. l. §. ait praetor. Accur.

Y Posse contemni. ut & §. de no. ope. nuncia. l. de pupillo. §. si quis riuos. & infra de cloacis. l. j. §. si quis purganti. nisi causa damni infecti: ut supra de no. ope. nun. l. j. §. nunciatio. versi. quod si quis in mari. & infra proximi.

Z Vindicari. per negatoriam. Accursius.

A Exportare. dorso. Accursius.

B Vehere. plaustro vel Asino. Accursius.

C Ei competere. facit supra. l. j. §. deinde.

dominus soli. & secundum hoc non corrigitur Seruius. vel dic secundum Azo. Seruius loqui simpliciter: & sic corrigitur vel determinatur.

G Nam si. bene dico prohiberi superiori respon. nam, &c.

H Conferuet. ne defluat vel spargatur extra ripas riuum. Accur.

I Non impunè. id est non sine poena. nam tenebitur hoc interdictum: quia prohibere non debet. sed in superiori casu qui aperit vel operit, hoc non facit: & ideo prohibetur, secundum Seruium.

K Ego. puto scilicet cum Seruius sentiens & in specu, contra scilicet quam sit in superiori proximi. respon. nam si &c. & sic non corrigitur secundum H. vel secundum Azo. contra quam dixerat Seruius: & sic corrigo Seruium, hoc casu cum maior utilitas, &c. ut hic, & supra eodem. l. j. in fine.

L Aduersarij. id est domini soli. Et no. ex praedictis: quia aut est actum in imponenda seruitute, ut liceat operire apertum, vel e contra: aut ut non liceat, & hoc seruabitur: ut §. eo. l. proximi. in fi. aut nihil est actum: & tunc licebit operire apertum: & e contra: si tamè dominus soli nullum habet damnum: ut

DE *riuis.* CASVS. Qui agit hoc interdicto: sufficit quod probet se priore ætate vsum esse aqua per illum riuum non vi, non clam, non precario. & nunc prohibuit. s. seruitu. non autem requiritur habeat de hoc ius, vel non habeat: licet secus sit in interdicto de itinere reficiendo: cum hoc casu multum læderentur homines si non reficeretur riuus, nisi primo de seruitu. probaretur: cū interim homines possent perire siti. at in itinere non esset tanta læsio: maxime in ætate. Franciscus.

a Refectionem. quo casu dno probat: vt. s. de itinere. act. q. priua. l. iij. §. hoc autē. At hic vnū. s. se vsum hoc anno: vt. s. eo. l. j. in princip. & facit s. l. j. §. hoc interdictum competit. Accur.

b Difficultas. Et sic potest iri, licet cū difficultate.

c Quæ. scilicet difficultas eundi. Accur.

DE FONTE.

De ducenda dixit: nunc de haurienda aqua.

Ex seruitutibus rusticis restabat aqua hausus & pecoris ad aquam appulsus: cuius quasi possessio propriè interdicto cōseruatur & retinetur quod est in hoc titulo, cui etiam iungitur interdictum de fonte, lacu, puteo, piscina reficiendis quorum aqua recte vsi hoc anno sumus. De seruitutibus urbanis nulla sunt propria interdicta, sed est commune vti possidetis quod ad presens tempus refertur, non vt ea quæ de seruitutibus rusticis ad præteritum. & de refectioe etiam nullum, nisi quod sequitur, & nisi iter vel aqua sit seruitus urbana, potest enim esse urbana. l. iter Com. præd. l. seruitutes §. 1. De seru. urb. l. si ego. §. 1. De pub. in rem act. Cuiacius.

Rætor ait. CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est: Si anno hausi aquam de fonte tuo non vi, non clam, non precario: prætor prohibet mihi vim fieri quo minus hauriam, idem si ad lacum tuum, puteum, vel piscinam, consuetus sum ducere oues meas: prætor prohibet ne mihi vis fiat. postea loquitur Vlpia. & dicit: hoc interdictum datur ei qui fontana aqua vti prohibetur, nam sicut seruitus est de ducendo aquam, item de haustu aque: sic & duo interdicta reddita sunt, vnum de deducenda aqua: vt in tit. de aqua quotid. & æstiu. per totum. aliud de aqua haurienda: vt hic. nam agam hoc interdicto contra eum qui me prohibet haurire aquam, vel ducere pecus. & in viua aqua habet locum: non in cisterna. Item habet locum si prohibear ire ad haustum aquæ. & datur his personis quibus & superiora. [DE INDE AIT PRÆTOR.] Per hoc edictum quod hic ponitur, prohibetur vis fieri volenti reficere fontem, nam parum valeret, vsus fontis, nisi posset refici. & debet refici vt aquam contineat fons, non vt exeat aqua: vel ne aliter vtatur quàm priori anno sit vsus. & hoc idem (dicit) interdictum datur volenti reficere lacum, puteum, & piscinam: & eis personis dabitur quibus interdicta de aqua quotidiana & æstiu. dantur. Franciscus.

a Vti. id est sicut.

e Vsum es. scilicet cet hauriendo.

f Piscina. ad quam pecus appellitur.

g Discretæ. id est separata.

h Attinent. scilicet agentis: vt quod persona agentis probare debet in superioribus interdictis, id debeat probare agendo isto interdicto, scilicet quod vsus est putans se suo iure vti. ad quod est

aquam ducere auctori liceret. Non enim tam necessariam refectioem itinerum, quàm riuorum esse: quādo non refectis riuus omnis vsus aquæ auferretur, & homines siti necarentur. Et sanè aqua peruenire nisi refecto riuo non potest: at non refecto itinere difficultas tantum eundi agendique fieret, quæ temporibus æstiuis leuior esset.

DE FONTE.

TITVLVS XXII.

I. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum.

Rætor ait: Vti de eo fonte quo de agitur, hoc anno aqua nec vi nec clam nec precario ab illo vsus es: quo minus ita vtaris, vim fieri veto. De lacu, puteo, piscina, item interdicam.

vbi eadem ratio, ibi est idem ius. Bartolus.

Hoc interdictum proponitur ei qui fontana aqua vti prohibetur. Seruitutes enim nō tantum aquæ ducendæ esse solent: verum etiam hauriendæ. Et sicut discretæ sunt seruitutes ductus aquæ, & haustus aque: ita interdicta separatim redduntur. Hoc autem interdictum locum habet, si quis vti prohibeatur aqua: hoc est, siue haurire prohibeatur: siue etiā pecus ad aquam appellere. Et eadē sunt hic dicenda, quæ ad personam attinent, quæcunque in superioribus inter-

supra de aqua quotid. & æsti. l. j. §. Aristo.

i Vti. id est sicut accursus.

k Hoc interdictum eandē. vbi eadem ratio, vel vtilitas, ibi idem ius: vt hic, & supra ad. l. Aquil. l. illud. & institu. de legi. patro. tu. §. j. & supra de ritu. nup. l. libertum. §. j. & infra de verbo. oblig. l. à Titio.

& C. de lib. præte. l. j. Item facit supra titu. j. l. finali.

l Nisi enim. audi viuam rationem quare hoc edictum est factum: & sic vbi ratio locum habet: & lex siue responsio. ad quod facit quod notauit. s. de legi. & senatuscon. l. non omnium. Quandoque tamen generalior est responsio quàm ratio: quia ratio restringit superius dictum: vt. s. de ac. poss. l. si is qui. & de calu. hæc actio. in prin. Accur.

m Non permitatur. ei scilicet qui habet ius hauriendi ex fonte. & aliis, cui. Accursus.

n Omnibus. vt emptoribus, heredibus, & similibus: vt. s. de aqua quotid. & æsti. l. j. §. ait prætor inter.

DE CLOACIS.

Et ista vt riuus indigent purgatione: vt fætor cesset riuus, & comoditas veniat.

Ius cloacæ immittendæ est seruitus. l. 8. De seruitu. & urbana. si ex adibus in ades pertineat. Gaius in institutionibus. Prædiorum, inquit, urbanorum iura sunt & stillicidia, fenestræ, cloacæ, non inficior quin possit esse rustica, sed hoc interdictum est de urbana, non ad remediandam possessionem, qua de re prætor interdiceret designatur. l. 1. Vti possid. Sed quod maxime pertinet ad publicam salutem securitatemque, ad reficiendas &

purgandas cloacas, in quo proprium hoc est, vt detur etiam ei qui ab aduersario vitiose possidet, cum tamen superiora omnia non dentur nisi ei qui ab aduersario recte possidet. est autem prohibitorium, & de cloacæ priuata. Sed additur aliud prohibitorium & restitutorium de publica. Ne quid fiat in cloacæ publica, & si quid in ea re factum erit quo vsus eius deterior sit, fiat, vt restituatur. Cuiacius.

Rætor ait. CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est. Si volo reficere vel purgare cloacam, quæ ex adibus meis ad tuas pertinet ædes: prætor prohibet mihi fieri vim. Item de damno infecto cauere debeo, si operis vitio daretur damnum. Postea loquitur Vlpia. & dicit: duo interdicta sunt circa cloacam: vnum prohibitorium: & hoc est primum. aliud restitutorium, de quo habes infra eod. §. deinde. Tertio dicit: Bene fecit prætor quod voluit posse purgari & refici cloacas: cum ad tutelam hominum hoc spectet. Et habet locum hoc interdictum in priuatis cloacis: non in publicis. Postea dicit quid sit cloaca. Item hoc primum interdictum est prohibitorium. Item appellatione cloacæ continentur tubus, & fossa aliqua stricta, vt sunt Florentiæ. item fistulæ. Item non est vis, siue vi, siue clam, siue precario vtetur cloacæ: quia semper datur mihi hoc interdictum vt reficiam siue purgem. & est hoc ratione publicæ vtilitatis. Item quod dictum est in edicto, ex adibus meis: intelligas pro omni edificio. item & si ab area mea in tuam arcam. idem si ex domo in agrum. idem si priuatam cloacam in publicam immittere volo. Item facere possum priuatam cloacam, quæ vadit in publicam. Postea exponit verba prætoris quæ dicunt, in ades tuas pertinet siue dirigitur. hoc est: siue extenditur in ades tuas: siue sint ades tuæ vicinæ meæ siue remotæ, possum etiam parietem

tem domus tuæ aperire vt reficiam vel purgem cloacam : & de- beo postea restituere, nec potest mihi nouum opus nuntiari. [DE INDE .] Nunc ponitur aliud edictum , quo dicitur si ali- quid est factum in publicam cloacam , siue immisum , quo vsus eius deterior fit: prætor iubet id destrui. Item prætor prohibet ne aliquid fiat vel immit-

† In hūc tit. Alexā. ab A- lex. lib. 3. Ge- nia, di. ca. 14.

DE CLOACIS. †

TITVLVS XXIII.

I. V L P I A N V S libro se- ptuagesimo primo ad Edictum.



Prætor ait: Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare reficere

liceat, vim fieri veto. Damni infecti, quod operis vitio factum sit, cauere iubebo. Sub titulo duo interdicta prætor subiecit: vnum prohibitorium, alterum restitutorium: & primum prohibitorium. Curauit autem prætor per hæc interdicta, vt cloacæ & purgentur & reficiantur: quorum vtrumque & ad salubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Nam & cælum pestiles & ruinas minantur immunditiæ cloacarum, item si non reficiantur. d

Hoc autem interdictum propositum est de cloacis priuatis. Publicæ enim cloacæ publicam curam merentur. Cloaca autem est locus cauus per quem colluuiæ quædam fluat.

Hoc interdictum, quod primum proponitur, prohibitorium est: quo prohibetur vicinus vim facere quo minus cloaca purgetur & reficiatur.

Cloacæ appellatione & tubus & fistula continetur. Quia autem cloacarum refectio & purgatio ad publicam vtilitatem spectare videtur, idcirco placuit non esse in interdicto addendum, quod non vi, non clam, non precario ab illo vsus es: vt etiam si quis talem vsum habuerit, tamen non prohibeatur volens cloacam reficere vel purgare.

Deinde ait prætor, quæ ex ædibus eius in tuas pertinet. Ædes hic accipere debes pro omni ædificio, hoc est, ex ædificio eius in tuum ædificium. Hoc amplius Labeo putabat hoc interdicto locum esse & si area ab vtralibet parte ædium sit, & si forte (inquit) cloaca ducta sit ex vrbano ædificio in proximum agrum.

Idem Labeo, etiam eum qui priuatam cloacam in publicam immittere velit, tuendum ne ei

si maior. & C. de libe. causa. l. iij. & s. de publi. l. Papinianus. & s. de pecu. l. si quis seruum. & s. de relig. at si quis. §. idem Labeo. & s. manda. l. Quintus. Sed arg. contra. s. de fideicommiss. lib. l. cum vero. & j. tit. j. l. iij. & C. de rei vin. l. si fundum.

i Institueram. id est inceperam.

vis fiat. Sed & si quis velit talem cloacam facere, vt exitum habeat in publicam cloacam, non esse eum impediendum Pomponius scribit.

Quod ait prætor: pertinet, hoc significat, quod ex ædibus eius in tuas pertinet: hoc est derigitur, extenditur, peruenit. Et tam ad proximum vicinum hoc interdictum pertinet, quàm aduersus vltiores, per quorum ædes cloaca currit. Vnde Fauius Mela scribit, competere hoc interdictum vt in vicini ædes veniat, & rescindat pauimenta purgandæ cloacæ gratia. Verendum tamen esse Pomponius scribit, ne eo casu damni infecti stipulatio committatur.

Sed hæc stipulatio non committitur, si paratus sit restaurare id quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa resciderat.

Si quis purganti mihi cloacam vel reficienti, opus nouum nuntiauerit: rectissimè dicitur, contempta nuntiatione me posse reficere id quod institueram. i Sed & damni infecti cautionem pollicetur, k si quid operis vitio factum sit. Nam sicuti reficere cloacas & purgare permittendum fuit: ita dicendum ne damnum ædibus alienis detur.

Deinde ait prætor: Quod in cloaca publica factum siue ea immisum habes, quo vsus eius deterior sit, fiat, restituas. m Item ne quid fiat, immittatur ve, interdicam. Hoc interdictum ad publicas cloacas pertinet, ne quid ad cloacam o immittas: néve facias quo vsus [eius] deterior sit, néve fiat.

II. V E N V L E I V S libro primo Interdictorum.

Quæquam de reficienda cloaca, p non etiam de noua facienda hoc interdicto q comprehendatur: r tamen æque interdicendum f Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat: quia eadem vtilitas sit. Præto- rem enim t sic interdixisse, u ne vis fieret quo minus cloacam x in publico facere liceret. idque Ofilio & Trebatio placuisse. Ipse dicendum ait, vt t ne factam cloacam purgare & restituere permittendum sit per interdictum: y nouam z verò facere is demum concedere debeat, cui viarum publicarum cura sit. a

k Pollicetur, aliàs, pollicetur nisi paratus sit restituere quod. & aliàs pollicetur si quid. & secundum primam dic cautionem, id est actionem quæ oritur ex cautione quæ interposita est causa damni infecti, pollicetur nisi &c. Secundum aliam sic: quia vult prætor vt debeat cauere de damno infecto, quod operis vitio factum sit: id est, cum opus destructum propter purgationem & refectiorem cloacæ restituitur: de damno infecto cauendum est, vel dic secundum eandem literam: si, id est quauis paratus sit restituere quod operis vitio factum est: tamè dani infecti cautionem pollicetur, id est actionem quæ oritur ex cautione quæ causa dani infecti interposita fuit si quod aliud est damnum &c.

l Deinde ait prætor. hoc est restitutorium: vt. s. §. j. m Restituas. i. destruas. n Itè ne quid. ecce tertium prohibitorium. o Cloacam, aliàs publicam cloacam.

p Quæquam. Cloaca, s. priuata.

q Interdicto. quod est. s. eo. l. j. in prin.

r Comprehendatur. quatum ad verba.

s Interdicendum. quo ad sententiã &c. Accur. t Præto- rem enim. argu. de publica ad priuatã: quod etiam interdictum de publica non habemus quo ad verba.

u Interdixisse. ait Labeo.

x Cloacam. priuatam.

y Per interdictum. vt. s. l. j. in prin. idè de publica: vt. §. deinde. Accur.

z Nouam. s. priuatã. & idem de publica.

a Cura sit. vt ædiles: vt s. de via publi. l. ædiles. qui ex prætoribus erant: vt inst. de iure natura. §. prætorium. nõ ergo corã omni præto- re poterat agi vt liceret facere nouam cloacã vel priuatã: sed tantum coram eo qui curã viarum habebat, cum multi essent prætores: vt. s. de ori. iur. l. ij. §. cūque consules. vsq; ad. §. iuris ciuili. vel verius primo petit licentiã faciendi ab ædilibus: qua habita agitur coram quolibet magistratu.

† dirigitur.

pestilens.

† Pl. refectio.

Tubus quid sit.

huic

† vt factam

QVOD VI AVT CLAM.

Si pericra interdita respiciunt si duru tempus: hoc prateritu. vel dixit supra separatim de vi tam praterita, ut in vnde vi interdito: quam presentu, ut in vii possi. nu c de quoda mixto. s. tam pro vi quam pro eo quod clam factu est: quod pro praterito & presentu datur: vt. j. eod. is qui. s. quod aut prator. Et not. quod quidam dicunt esse duo interdita: vnum quod vi, quando vi est factu. aliud quod cla: quando clam. quod Ioan. no approbat. qualitercumq; enim sit factu, agitur quod vi aut cla. facit. j. eod. is qui in puteu. s. hoc interditu. Item de vi tractatur vsque ad. s. cla. in. l. 3. postea de clam vsque ad. s. hac verba. in. l. 5. & ibi exponit quod factum est.

Vitiose possidet qui ab adversario vi aut cla aut precario possidet. qua ex causa adversario tenetur interdito vnde vi vel de clade destina possessione vel quod precario, possessionis recuperada causa. Sed huius generis interdita hoc titu. non proponuntur. nam restitutoriu interditu hoc quod vi aut clam no est de possessione sed de opere facto vi aut clam. Clam facit qui no denuntiauit se facturum. Vi autem cui denuntiatum est ne faceret. qua de causa cocurrit etiam hoc interditu cu interdito de noui ope. nuntia. inter qua tamen hac intercedit differentia. quod hoc latius pertineat quam illud De operis noui nuntiatione. nam & possessori hoc datur & no possessori. illud no possessori & de arbore succisa. vel de fracto furculo. non etiam illud. Vtrumque tamen datur siue opus durauerit siue non. in id quod interest. l. 4. s. vlt. De aqua plu. arc. l. 20. s. siue vacuus de ope. no. nunt. Et adnotandum hoc etiam dari si quid & vi & cla factum sit. quasi disunctio scilicet in hoc interdito siue titulo vim etiam coniunctionis in se contineat. Cuiacius.

Rator ait.] CASVS. Quod vi aut clam feci, non vt ius permittit in re de qua nunc agitur, prator iubet me hoc opus destruere. Vlpianus postea loquitur, & dicit: hoc interditi restitutoriu est, & per hoc occurritur calliditati edificantium vi aut clam. & siue in alieno fundo edificem vi aut cla, siue in meo, ab alio tam possesso: teneor hoc interdito: nec possum obicere quod in meo fundo feci, cu cum no possideam. & ad sola edificia qua fiunt vi aut clam in solo, habet locu hoc interditu. Postea exponit quis dicatur vi edificare. & certe ille qui edificare prohibitus edificat: vel qui contra nuntiatione per lapillum factam edificat: vel qui contra testationem, id est denuntiationem coram testibus factam edificat: item qui curauit, id est procurauit ne prohiberetur, sciens se debere prohiberi: tenetur hoc interdito. sed si prohibitus destitit tunc edificare: & alia die edificat: videtur vi facere. Sed pone quod cum edificabas in fundo siue solo a me possesso, ego infirmitate ductus, vel nolens te offendere, vel amicum tuum qui & meus erat amicus, no prohibui: non videris vi edificare. sed si cum vellem venire ad prohibendum te, aliquis mihi in via restiterit cum armis ne venirem, & non veni: & hoc factum est te ignorante: non videris vi edificare, cum factum alterius tibi ignoranti non debeat nocere. h. d. cum. l. sequenti.

- a Vi. compulsua: vt. s. quod met. cau. l. metum. s. j. vel ea qua consensu caruit: vt. j. ea. l. s. quid sit vi. & s. sed & Aristo.
- b Clam. expone vt. j. eo. l. iij. s. fi.
- c Factum est. non vt ius permittit: quia forte ab alio possidente: & supple, in ea re qua &c. Et not. quod non dicit in priuato: quia & in publico locum habet: vt infra. l. iij. s. plane. & l. vi facit. s. fina.
- d Experiundi potestas. ex hoc patet quod vtilis est: vt. j. de diuer. & tepo. praefcri. l. j. quod accipe ad sui principium: sed ad cursum continuus est: vt. s. de aqua plu. ar. l. Atteius. in prin. Accur.
- e Restituas. id est destruas, & in pristinum statum ponas. quod dic vt. j. de verbo. signifi. l. cum prator. & fa. s. communi diuid. l. communi diuidundo. j. s. Iulianus. Accur.

QVOD VI AVT CLAM. TITVLVS XXIIII.

1. VLPIANVS libro septuagenesimo primo ad Edictum.

Rator ait: Quod vi aut clam factu est: qua de re agitur, id cu experiendi potestas d est, restituas. c

Hoc interditu restitutoriu est: & per hoc occursum est calliditati eorum qui vi aut clam quaedam moliantur. f Iubentur enim ea restituere. g Et parui refert, vtrum ius habuerit faciendi h an non. Siue enim ius habuit, i siue non: tamen tenetur interdito, propter quod k vi aut clam fecit. Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam comminisci.

Nulla paratur defensio ei qui contra iuris dispositionem molitur. hoc dicit.

Denique est quaesitum, an hoc interdito vtenti, exceptionem possit l obicere: Quod no iure meo m receperim. * Et magis est ne possit.

- f Moliantur. id est edificant.
- g Restituere. sed & vt i possid. interditu locum habet: vt supra vt i possi. si duo. s. si vicinus. sed hoc expedit potius, secundum quosdam.
- h Faciendi. in illa re. Azo.

Nam aduersus vim, vel quod clam factu est, nulla iusta o exceptione se tueri potest. Hoc interditu ad ea sola opera pertinet, quaecuq; in solo p vi aut cla fiut. q

Hic incipit exponere verba edicti.

Quid sit vi factum, vel clam factum, videamus. Vi factum videri Quintus Mucius scripsit, si quis contra quam r prohiberetur, fecerit. & mihi videtur plena esse Q. Mucij definitio. f Sed & si quis iactu vel t minimi lapilli prohibitus facere, perseuerauit u facere: hunc quoque vi fecisse videri Pedius & Pomponius scribunt. eoque iure vtimur. Sed & si contra testatione x denuntiationemque fecerit: idem esse y Cascellius & Trebatius putant. quod verum est. z Sed & Aristo t ait eum quoque vi facere, qui cum sciret se prohibendum, * per vim molitus est ne prohiberi possit. a Item

tali: alia tamen quatuor possunt opponi: vt infra eo. l. prohibere. s. sed si permiserit. & l. si alius. s. bellissime. & s. est & alia. & l. semper. s. hoc interditu. facit supra ad exhiben. l. iij. s. ibidem.

- p In solo. vel in re coerente solo. Ioann. vt infra. l. si alius. s. notauimus. & dic solo vel eius qui edificat: vel eius cui nocetur: vel etiam tertij: vt. s. de aqua plu. arcend. l. si colonus. & l. quantum. s. idem.
- q Fiunt. alia fiunt: & alia fuerint, scilicet facta.
- r Contra quam. id est contra prohibitionem quam facit aduersarius. ad quod est infra, sed & si quis. & infra de regu. iur. l. quo tutela. s. vi factum. & supra quod met. cau. l. metum. iij. s. idem ait & si forte. & infra eod. l. vi. & s. de noui ope. nunt. l. prator. s. nonnulli. Sed contra. s. de itine. acti que priua. l. iij. in princip. Solu. vt ibi. Vel secundo hic expone contra quam &c. id est fecit vt non prohiberetur, nuntiatio puta aliquid triste prohibere volenti. ad quod est supra ad Silla. l. iij. s. subuenitur. & infra eo. s. sed & Aristo. & j. eo. l. vi facit. & supra de eo per quem factum erit. l. j. s. j.
- f Definitio. id est assignatio: nec est vera definitio. est ergo plana vt pro omnibus his operibus habeat locum interditu vt restituantur opus, exceptis illis casibus vbi impune cotemnitur nuntiatio: vt. s. de no. ope. nu. l. de pupillo. s. si quis riuos. & s. de riuis. l. Seruius. s. fi. & s. titu. j. l. j. s. si quis purganti. & exceptis illis casibus vbi competit exceptio contra hoc interditu: vt not. s. ea. l. s. denique.
- t Vel. pro saltem.
- u Perseuerauit. non praestita satisfatione de opere demoliendo. & facit. s. de operis noui nunt. l. de pupillo. s. meminisse. & si ser. vin. l. & si forte. s. ij.
- x Contra testationem. id est nuntiationem coram testibus factam, denunciatio quandoque sine testibus fit.
- y Idem esse. vt faciat vi.
- z Verum est. vt faciat vi.
- a Possit. quia ergo per eum factum est ne prohibeatur: debet pro eo haberi ac si prohibitus esset: vt & j. de regu. iur. l. ad ea qua. s. semper. & l. in iure ciuili. & s. vt in posses. lega. l. is cui. s. si ex duobus. & s. de no. ope. nuntia. l. prator. s. si quis paratus. & s. quib. ex cau. in pos. ea. l. ij. s. hac verba. in fi. & s. quoru legat. l. fina. in fin. & s. de ripa mu. l. j. in princ. & s. quibus modis pignus vel hypo. sol. l. item liberatur. s. si quis paratus. & s. de legat. ij. l. Titia. ij. s. Seia. & argu. s. de inofficio. testamen. l. nihil. ij. respon. & de iureiuran. l. si non fuerit. & de euctio. l. si ideo. s. fina. & s. si quis cau.

a] Ista glo. est singu. ad hoc qd regula illa que habet, dolo facis: quia petis q restitutus es no habet. lo cu in posses. solius. quod verum intellige, nisi inq continenti possit probari: quia in eis etiam admittitur. Bolog.

† Iste tex. est sing. ad hoc quod ille dicitur interpellatus q facit vt no interpellatur. pro quo facit text. in l. si ideo. s. de euct. text. in l. si eu qui in iuriam. s. si quis cau. Bolog. * Flo prohibere. p prohiberi. c. p. i.

* fecerim.

quis cau. l. ij. §. fi. & s. ne vis fiat ei qui in poss. l. fi. in prin.

a In presentiarum. id est in presenti. Accursius. b Fecisse. vt. j. l. iij. §. illud. c Iusta causa. postea: vt rescripto principis: vel si satisfecerit: vt j. l. iij. §. si quis paratus Accursius.

d Impeditur: ad quod est. j. de fur. l. pen.

e Te. facientem opus non vi non clam.

f Magni faciebat. id est te valde diligebat.

g Non videbitur. id est non videris tu.

h Meo. quia ex parte mea nullus dolus fuit.

i Ne in aliena. Facit supra de arbit. l. ne in potestate. & infra de reg. iur. l. non debet. ij. & s. ne quid in loco publi. l. ij. §. ite Nerua. & s. de nego. gest. l. soluendo. Sed argum. contra. j. quarum rerum actio. l. j. §. exceptiones. Accursius.

p Prohibere. In hac. l. cōtinuatur id quod dictū est supra in fi. proxim. casus præceden. Et dicit: Siue egomet prohibeam, siue per seruū meum, siue per procuratorem, siue per similem personam, idē est: nec obstat quod per liberam personam mihi quæritur. nam prohibitio facit te vi facere: imō & cum clam ædificas, ex tuo facto teneris: & sufficit quod semel prohibearis pro toto tempore vt totū ædificium postea factum debeas destruere: nisi postea tibi permissem ædificare, vel procurator meus permisisset. sed si in loco publico prohibitus ædificē, teneor hoc interdīto: nec prodest permissio præsidis, nisi lex municipalis hoc facere, id est posse permittere præsidis permisisset. permissio autē principis, vel eius cui hoc permisit princeps, scilicet posse permittere in loco publico ædificare, bene tenet. Item si prohibitus ædificare satisfacit, satis sit. nā non videtur vi facere. Item si esset prohibitus quis ædificare à vicinis, quia timeret de dam. infe. & de hoc satisfacit: satis sit. [CLAM F A C E R E.] Nunc exponit verbum, clam. & ille clam dicitur ædificare, qui celat aduersarium opus quod facit: quē, si sciret, credit quod ei cōtrouersiam moueret coram iudice, vel de facto saltem sine iudicio: & de hoc timet, vel timere debuit. item si non credat, credere non debebat. Item clam dicitur facere, qui dixit aduersario de opere quod erat facturū, alia tamen forma quā fecit. de quo da exemplū vt in glos. vel qui tarde dixit. & h. d. hic §. & l. seq. & prin. seq. Fran.

k Prohibuerit. vel cum mandato: vt. s. de procur. l. procurator. iij. vel etiam sine mandato: vt arg. s. de peti. hered. l. item veniunt. §. petitam. vers. à quo. Accursius.

l Moueat. quis prohibuerit, nec etiam e contra quis prohibeatur, dominus, an eius ministri: vt. s. de no. ope. nuntia. l. de pupillo. §. seruo. & §. nuntiationem.

m Non solet. vt supra de constitu. pe. l. & licet. & facit. s. de vsur. l. ff. Nouum.

Labeo dicit, si quem facientē prohibuero, isque destiterit in presentiarum, a rursusque postea facere cœperit: vi eum videri fecisse: b nisi permissu meo facere cœperit, vel qua alia iusta causa c accedente.

Amitia nolētis prohibere quē opus facere, excusat à pœna huius interdīti.

Si quis tamen imbecillitate impeditur, d vel etiam ne offenderet vel te, e vel eum qui te magni faciebat, f ideo non venerit ad prohibendum: non videbitur aduersarius vi fecisse. & ita Labeo scribit,

Vis facta aduersario meo per alium, mihi non debet imputari, si non consentio violentiam inferenti.

Idem ait, & si te volentē ad prohibendum venire, deterruerit aliquis, armis fortē, sine vllō dolo malo meo, h ac propter hoc non veneris: nō videri me vim fecisse:

II. VENVLEIVS libro secundo Interdictorum.

Ne in aliena i potestate [sit] conditionem meā nihil delinquentis deteriore facere.

III. VLPPIANVS libro septuagesimo primo ad Edictum.

Prohibere autem non vtique per semetipsum necesse est: sed & si quis per seruū suū vel procuratorem prohibuerit, k rectē videtur prohibuisse. Idem etiam si mercenarius meus prohibuerit. Nec quem moueat, l quod per liberam personā actio acquiri non solet. m nam prohibitio hæc demonstrat vi te facere. Quid mirum, cum & si clam n feceris, habeam actionem? Ergo factio magis tuo delinquentis, quā alic-

fi quis solutioni. §. fina. & supra de ope. noui nuntia. l. si procurator. & supra de bo. aucto. iu. possi. l. cum vnus. in prin. & j. cod. l. interdīctum.

n Et si clam. ita q̄ nec per se, nec per alium prohibuit dominus.

o Faciendam. vt locus sit illi interdīcto.

no, acquiritur mihi actio. Illud sciendum est, non omnibus momentis vim esse faciendam: o sed semel inter initia facta persecutat. p

Qui permittit opus fieri: si interdīctū proponat, patitur exceptionem conuentionis.

